



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christ. Francisci Paullini, Ferrariâ-Thuringi, Rerum Et
Antiquitatum Germanicarum Syntagma**

Paullini, Christian Franz

Francofvrti ad Moenvm, 1698

XV. [Christiani Francisci Paullini] De Advocatis Monsticis Exercitatio,
repexa, aucta & emendata, variisque literis illustrata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44860

CHRISTIANI FRANCISCI
PAULLINI

De

ADVOCATIS
MONASTICIS

Exercitatio

Repexa, aucta, emendata,
variisq; literis illustrata.

(Bbbb) 3

B. C. D.



B. C. D.

§. I.

Monachus
quis?

Advocati
Ecles.

Cum Monachi extra mundanarum rerum curam ad solam laudem DEI bonorumque operum actionem constituti sint, (a) ideoque puram & humanis cogitationibus celsiorem vitam agere debeant, non vagari per populos, sed eloquia divina addiscere, eademque meditari & docere, (b) & tamen ex liberalitate Principum, aliorumque fidelium villas, civitates, imò ampla territoria, cum omnibus juribus & privilegiis, obtinuerint, nefas utique & religio erat, ἐὺς δὲ ἐστὶ χρεῖα, (c) immemores huiusmodi secularibus turbis, rixis, rebusque œconomicis sese implicare. Oportet enim Episcopos curis secularibus expeditis curam suorum agere populorum, nec ecclesiis suis obesse diutiùs. Ipsi enim, juxta Paulum Apostolum, pervigilant, tanquam rationem pro animabus eorum reddituri. (d) Hinc Imperatores Regesque Romani, ab ævo Carolino usque ad Ottonis IV. tempora, ceu *Supremi Advocati & Patroni Ecclesiarum*, als *Ober-Boigte und Schirm-Herrn der Christlichen Kirchen* (e) (qui etiam Advocatias monasticas inter regalia & reservata sua olim retulerunt, ut ex *Dodechino*, (f) *Urspergeni*, (g) *Kranzio*, (h) aliisque satis liquet,) piâ intentione iis dederunt *Advocatos*, seu *Vice-Dominos*, *Innocentii IV.* verbo, *defensores*, edle *Boigte und Schirm-Herrn* non *predatores*, (i) laicos tamen & potentes Viros, *Principes*, *Comites*, aut *Milites*, aliquando *Vasallos monasteriorum*, (k) qui non *pro terreno commodo*, sed *pro DEI amore*, ac *peccatorum venia*, nec non *æterna beatitudinis mercede advocatiam ipsam bene habere cupiant & tractare*, dicente *Honorio II.*, (l) ut quod non prævaleret sacerdos efficere per *doctrina sermonem*, potestas hoc impleteret per *disciplina terrorem*. (m) *Volumus*, ait *Carolus M.*, (n) *pro ecclesiastico honore & illorum reverentia Advocatos habere*. Næ ex canone XCIX. *Africanæ Synodi*, post *Consulatum Stilicis*, inducta est *Advocatorum defensio pro causis Ecclesiæ*, (o) si *Autoribus credas*.

§. II. Sic

(a) Tot. tit. X. ne Clerici vel monach. sec. negot. se immisc. (b) Henr. Petrus lib. de Monast. p. 53. (c) Luc. X. 42. (d) Dodech. append. ad Mar. Scot. ad ann. 1110. (e) R. I. Colon. anno 1512. & R. I. Ratisbon. anno 1541. (f) ad ann. 1110. (g) ad ann. 1111. (h) L. V. Saxon. c. 32. (i) Otto I. in dipl. anno 948. Abbatiz Gemblacensi dat. (k) Lehman. chron. Spirens. L. II. c. 36. (l) in confirmatione fundationis Monast. Denkhendensensis dat. anno 1124. (m) Isid. de Prælat. p. 14. edit. Genev. 1601. (n) Constir. c. 3. (o) Remat. Choppin, de Sacra Politia L. I. tit. 7. num. 18. f. 144. Lindenbrog. verb. Advocatus.

§. II. Sic Otto I. Imp. AC. DCCCCXLVIII. *Lambertum*, Comitem Lovaniensem, Abbatem *Gemblacensis* in Brabantia constituit *Advocatum*. (p) *Gemblacens.* Scilicet Otto locum illum, cum omnibus ad ipsum pertinentibus, ab omni secularium, tam majorum quam minorum, dominio perpetuo immunem fecit, solique Regiæ defensionis subjectum. Verum (subdit) quia Fratribus ejusdem loci (si quando incumberet aliqua necessitas) grave nimis esset, propter longinquitatem terrarum, presentiam Regis semper adire; cum electione ipsius Domini *Wiberti*, & Abbatis, & Fratrum, dedimus *Advocatum* ipsius Abbatiae de *Gemblones Lambertus*, Comiti Lovaniensi, Viro forti & bellicoso, qui, *vice nostrâ*, contra omnium inquietationem *adjutor* sit ac *defensor*. Et *Fridericus III.* Imp. Episcopo Herbipolensi *advocatum* cœnobii Benedictini *Comburgensis*, seu *Camburgensis*, in hujus Diœcesi siti: *Carolus V.* protectionem *Comburg.* monasteriorum Comitatus *Wertheimensis* Comitibus ejusdem in feudum commisit: (q) *Ludovicus Pius* in ipsa fundatione *novæ Corbeia* anno *Corbei-* DCCCCXXII. potentes Rugrivos *Dasselenses*, illustris Monasterii Vasallos, *ens.* jure hereditario constituit tecitque *Nobiles Advocatos*. Mansit etiam splendidum hoc officium (edle *Voigt: Amt*) penes Comites *Dasselenses*, ab AC. DCCCCXXII. usque ad MCCCXXIX. i. e. integris annis DVII. Quis demum extinctis, præter solum, uti crediderant, *Bernhardum III.*, *Henricus II.* Comes *Woldenbergensis*, Antistes *Hildesimensis XXXIV.*, consentiente *Bernhardo Dasselensi*, ex instinctu conjugis suæ, præfati Episcopi sororis, quæ cum marito in sterili connubio vixerat, ad se pertraxit oppidum *Dassel*, castrumque *Zunnersüß* / cum omnibus pertinentiis, ab *Henrico Lützelburgico* Imp., non abs Abbate *Corbeiensis*, in feudum sibi data. Quod cum in præjudicium *Corbeia* damnique peregrinantis *Simonis, Bernardi* fratris, (quem mendax rumor defunctum tulerat,) vergeret, utique *Simon*, ad suos tandem reversus, unâ cum Cœnobiarcha *Corbeiensis Diterico I.*, ex gente *Dallyvichia* lato, fortiter restitit, Præsulemque *Henricum* à quieta possessione depulit. Hinc sædæ simultates litesque *Corbeiam* inter ac *Hildesiam* ob *inde lites,* hoc feudum. *Chron. Hildesimense MS.* ait: Antecessorem *Henrici Sigfriedum II.*, Dynastam *Qverfurtensem*, bona hæc *Dasselensia* emisse, ipsumque *Henricum* tantum confirmationem emtionis à *Lützelburgico* petiisse & obtinuisse. Idem chronicon asserit: *Adalogum*, Episcopum *Hildesimensem XXV.*, Comitatum *Dasselensem* à *Salome, Ottonis Vidua*, cum consensu *Friderici I. Imp.* emisse, eodemque jure Comitatum *Homburgicum* acquisivisse. (r) Sed vide sis *Joannem Letznerum* (s) rem aliter narrantem.

§. III. *Simone* tandem *Dasselensi*, ultimo Gentis suæ, rebus caducis exemto,

(p) Vid. dipl. in Cod. donationum piarum Auberi Mirzi c. 23. (q) Mager. de Advocat. armat. c. 9. num. 775. seq. Erasim. Chokier de Advocat. feudal. (r) vid. etiam Bucolin. Germ. sacr. P. I. pag. 18. B. Chron. Hildes. Reutel. in hist. Adalog. & Henr. II. (s) L. I. chron. Dassel. c. 7. p. 7. B. & L. II. c. 2. p. 19. A.

exempto, successor & cognatus *Henrici Otto II.*, etiam Comes *Woldenbörgensis*, prænominatum oppidum *Dassel* cum Præfectura *Hunbrück* & silva *Sollingensis*, aliisque pertinentiis, in possessionem quidem recepit; at *Henricus IV.* *Spigelius*, Abbas XXXVIII. eò rem perduxit, ut *Hildesienfes* Episcopi Abbatem *Corbeiensem*, intuitu hujus Comitatus *Dasselenfis*, pro legitimo feudi Domino habere & reputare tenerentur, inque memoriam & recognitionem hujus rei, officium *Nobilium Advocatorum* iis commissum, vi cuius per Subdelegatos singulis annis in festo *S. Viti* Abbati *Corbeienfi* ministrarunt, præferentes eidem *argenteum* pedum, dantesq; Monasterio *duos cervos*, in pignus feudi *Sollingensis*, circa eandem solennitatem. (t) Mansit etiam hæc dignitas penes *Hildesienfes* CXCII. annis. Sed anno MDXXI. unà cum oppido *Dassel* & castro *Hunbrück* ad Serenissimos Duces *Brunsvicenses* linea *Wolfenbyttelenfis* devoluta est.

Schalckesberg §. IV. Ecclesiæ *Mindensis* Advocati olim erant *Nobiles de monte*, totum *Berge* etiam *Schalckesberg* dicto, quæ arx in Orientali *Vilurgis* ripa fuit haud procul ab urbe *Minda*. (u) *Schalck* idem erat ac *servus*. Inde *Marschalck*, seu *Mareschalck* & *Seneschalck*. *Mare* est equus eine *Mähre* / *schalck* *servus*, & ita *Mareschalck* *ἰσχυρὸς ἄρῳ*, equorum administer, qui equorum curam gerit. (w) *Seneschalck* armenti custos est. Honestiorem postea significationem nacta hæc dictio. Denotat enim regię mensæ, seu familiæ Præpositum *Seneschalck*, seu *Sineschalck*, & composita est ex *Sin*, seu *Gesin* / aut *Sind* / vel *Gesind* / i. e. familia, & *Schalck*, *servus*, minister, ut sit *Magister domus*, *Administrator rerum familiae necessariorum*. (x) *Claudius Lamoraldu* *Alfonsus de Ligne*, *Senescallus* *Hannoniæ* vulgò vocatur, & haud ita pridem altercatione, quæ inter eum & *Henricum Hovvardum*, Ducem *Norfolciæ*, genere *Anglum*, *Bruxellis* exarsit, quamque more seculi armis expedire gestiebat, materiam scribendi *Novellarum* compilatoribus præbuit. (y)

Eberwin §. V. *Eberwinus*, Comes *Bentheimii* & *Steinfurti*, duxerat *Annam*, infauti *Conradi*, ultimi Comitis *Tecklenburgici*, & Dynastæ *Rhedensis*, filiam, ex qua suscepit *Arnoldum*, qui tres Comitatus *Bentheimensem*, *Steinfurtensem* & *Tecklenburgensem* simul complexus, matrimonio sibi junxit *Magdalenam*, *Humberti*, Comitis *Nuengarii* & *Limburgi* filiam, à qua novis ditionibus auctus est: neque enim solum dotis loco tres cum ea dynastias, *Bedburn*, (*Bethbar*) *Alpen* & *Helphenstein* accepit, sed etiam, mortuo anno MDLXXXIX. sine liberis affine *Adolfo*, *Lenepium* Baronatum, & Comitatum *Limburgicum*, ad *Laynam* in *Westfalia* situm, assentiente Domino directo, sibi asseruit; Præterea

(t) Idem L. I, c. 3. & 15. & L. II, c. 2. nec non in hist. Ludov. Pii edit. sec. c. 14. & 21. (u) vid. not. m. ad chron. Hildes. Reutel. sub Gerhard. Episc. XXXIX. & chr. Mind. Watersted. sub Wittek. II. & Otton. III. Conf. Meibom. not. ad chron. Schaumburg. T. I. rer. German. p. 585. & T. II. p. 227. (vv) vid. lexic. Martin. (x) Id. l. c. (y) vid. Aut. Nouit. Procer. S. R. I. L. V. c. 1. §. 6. p. 744. edit. Tubing. 1684.

Præterea *advocatiâ* hereditariam Colonienſis Diœceſis, quæ penes *Nucnarios* fuit, obtinuit. Atque ratione hujus *advocatiæ* nullam Colonia executionem criminalem fieri poſſe, niſi prius malefici per noctis unius ſpatium in poteſtate Comitum *Bentheimienſis* fuerint, qui etiam ea propter Vicarium Colonia juri ſuo tuendo habeat, *Sprengerus* refert. (z)

§. VI. Imperatorum verò Germanorum temporibus mos invaluit, *reſervatio* ut Epifcopi, Principes, Comitesque, cum in terris ſibi ſubjectis Eccleſias & *Advocatiæ*, Monafteria conderent, jus *Advocatiæ* ſibi heredibusque ſuis in iisdem reſervarent. (a) Cerrè *Adelbertus*, S. Bremenſis Eccleſiæ Metropolitanæ Archi-Epiſcopus, Fratresque ejus *Dedo & Fridericus*, Palatini Præſides, in conſtructione cœnobii *Gozeckenſis* Ord. Benediçti, Monachis quidem liberam ele- *Gozeckenſ.* ctionem Abbatis, ſecundum timorem Dei & regulam B. Benediçti, permittebant, ſic tamen, ut electus Archi-Epiſcopo Bremenſi præſentaretur, & per eum loco huic præponeretur. Quisquis etiam in eorum ſtirpe laicus ceteris ætate provecior fuerit, huic loco *Advocatus* conſtituatur. Deficiente verò tali in familia laudata, quemcunque Abbas cum conſilio Fratrum ad defenſionem & utilitatem loci expetierit, hunc Antistes Bremenſis *Advocatum* conſtituat. *Qui Advocatus non, quæ ſua ſunt, quarat, nec populum ſuæ tuitioni commiſſum violentiis aut injuſte opprimat, ſed omnia cum conſilio Abbatis agat, atque diſponat, nec extra ejus voluntatem aliquid in populo præſumat.* Data ſunt fundationis tabulæ III. Kal. Octobr. anno MLIII. Ind. III. Epiſcopatus Domini Adelberti anno VIII. Act. *Gozecka* in Chriſti nomine Amen. (b) *Wicpertus*, Marchio *Groizenſis*, licet inſigne cœnobium *Pegarienſe*, ejusdem con- *Pegaru.* gregationis Benediçtinæ, à ſe conditum Apoſtolicæ Sedis juri in perpetuum manciparit, *advocatiâ* tamen ejus ipſe habiturus excepit. (c) Fundatores Monafterii *Lauterbergenſis*, regulæ Auguſtiniænæ, (non Benediçti. ut *Bucelin.* *Lauterberg.* vult, (d) hoc etiam ſpecialiter ſibi reſervarant, ut ſemper filiorum heredumque natu major *Advocatus* ejusdem ordinarius foret, nec *advocatiâ* ulli unquam jure feudi concederetur, nec *advocatus* aliquid ſervitii ſecularis, extra placitum Fratrum, in rebus Eccleſiæ quaſi ex jure ſibi uſurpare auderet, confirmante hoc *Honorio* Papa II. (e) Cum *Bertoldus* II. Comes *Hennebergicus*, cum conſenſu uxoris, filii, filiarumque ſuarum, circa AC. MX. illuſtre Monafterium *Gottesau*, ſitum in Francia, in pago, qui dicitur *Albogave*, juxta flu- *Gottesau.* vium *Albam*, in Comitatu *Vorcheimienſi*, Diœceſ. *Spirenſis*, conderet, ſerid voluit, ut *Advocatus* tantum è ſua familia eligeretur, quamdiu dignus & aptus quis ad hoc munus in ea reperiatur, à Cæſare poſtea confirmandus. (f) *Godebaldus*, etiam Comes *Hennebergicus*, hujus nominis III., cum uxore *Luckharde*,

(Cccc) &

(z) L. III. Jurispr. publ. c. 31. §. 5. (a) *Lehman*, chron. cit. L. IV. c. 1. (b) vid. libell. de fundat. Monast. *Gozeckenſis*, à *Mader*, edit. & chr. *Lauterberg*, annex. p. 210. ſeq. (c) chr. *Pegarienſis*, ad ann. 1106. (d) P. II. G. S. p. 53. B. (e) chr. *Lauterberg*, ad ann. 1127. (f) *Spaugenberg*, L. I, chron. *Henneberg*, c. 39.

& ex unanimi consensu heredum suorum, pro amore Christi, & propter sanctæ vitæ perennitatem, quendam proprietatis suæ locum (qui à nomine vicini fluminis *Vesseræ* nomen accepit) manu emisit, & divino servitio circa AC. MCXXXVIII. assignavit, eundemque Regularium Clericorum Monasterio inchoans, sub B. Mariæ patrocinio dedicari postulavit, dicente *Orrone*, Ecclesiæ Bambergensis Episcopo. *Advocatum* verò hujus cœnobii *Vesserani* *Gottwaldus* Fundator sibi suisque heredibus reservabat annuente *Præfule*.
Vesseran. Es hat aber *Graff Gottwald* die *Vogrey* des Klosters *Vessera* für sich behalten/ und mit des Bischoffs zu Bamberg Wissen/ Willen und Confirmation es also verordnet/ daß der Convent zu *Vessera* alzeit einen *Vogt* auß seinen Erben und Nachkommen erwählen solte. Und daß alsdenn derselbige/ den sie dazu ordnen würden/ und kein anderer ihr *Kastens Vogt* und *Advocat* seyn solte. (g) *Quia Folckenandus* de *Stovrsen* fundator erat Monasterii *Adelbergensis*, *Dioecel. Constantiensis*, ideò voluit *Fridericus* I. Imp. in confirmatione foundationis & immunitatis istius cœnobii, (h) ut nullum habeat *Advocatum* præter illum, qui est vel erit Dominus de *Stovrsen*. *Albertus* & *Ludovicus*, Fratres Comitesque *Hackebornenses*, conditores cœnobii *Hedeslebiensis* Monialium reformationis *Cisterciensis* in *Dioecel. Halberstad*, istud quidem ab omni jure *Advocatie*, seu actione qualibet jugiter absoluebant, præterquam in occisione cujuslibet, super quo debet *judicium sanguinis* ventilari. In quo casu, ajunt, nullum alterius dominium peti volumus aut requiri, cum ad nos solos claustrum memorari & Dominarum ibidem Domino famulantium jure spectet defensio & tutela. Dat. in *Wipera* anno MCCLXV.

§. VII. Vel ipsi Abbates, Abbatissæ, & Episcopi, speciali Principum favore, *Advocatos* eligebant, & inutiles rursus removebant. Hinc *Burcardus* II. *Præful Halberstadensis* XII., conditor cœnobii *Huysburgensis*, cœtus *Benedictini*, anno MLXXXIV. Kal. Nov. Ind. VIII., anno ordinationis suæ XXV. ita: Concedimus, ut etiam *Abbas* loci ipsius sibi *Advocatum* prudenter eligendo constituat, quem causa animæ suæ in necessitatibus suis indeficienter adesse considerat, confirmante hoc, verbis non mutatis, *Reinardo* Episcopo AC. MCXVIII. Kal. Nov. Indict. XI. Et si (est hujus additamentum) *Advocatus* aliter, quàm decet, agens, loco incommodus extiterit, permittimus industria *Abbatis*, ut *Episcopi* sui, & aliorum *DEI* amicorum auxilio, illo remoto, auctoritate *Apostolicâ*, idoneum sibi provideat. Qui subrogatus nullum ab *Episcopo* servitutis debitum pro *Advocacia* rependere cogatur: sed uterq; pro defensione loci æternam remunerationem & speret & consequatur. Eadem verba repetunt verbis *Reinhardianis* *Udalricus* anno MCLVIII. Indict. V. Pontificatus sui anno VII., *Dezenone*, *Abbate Huysburgensi* Monasterio præfidente, anno verò

Sedis

(g) Id. L. M. c. 8. p. 87. (h) de anno 1181.

Sedis ejus tertio, & *Gardolfus* (al. *Bertholdus* & *Gerholdus*) anno MCXCVI. Pacem minasque suas addunt: *Alexander III.* (non *Leo*, ut *Bassaus* vult) & *Cælestinus III.* anno MCXCVII. Qui posterior anno Pontificatus sui VII. ita: Adhuc volumus, ut quicquid super Advocatorum institutione amotioneve ipsius Abbatis à bona memoria *Borchardo*, *Reinaldo*, *Olrico*, & aliis *Halberstadenf. Episcopis*, rationabiliter est statutum, & eorum auctenticis continetur, firmam futuris temporibus habeatur, & inviolabiliter observetur. In privilegio *Caroli Crassi*, longè antea Ecclesiæ *Padebornensi* dato, nimirum anno *Padeborn.* DCCCLXXXVII. XI. Kal. Octobr. hæc leguntur verba: *Hominibus quoque famulatum ejusdem monasterii facientibus in Hursteromarcu*, qui *Saxonice Malmanu* dicuntur, prædictum *mundeburdum* & tuitionem nostram constituimus, ut etiam coram nulla judiciaria potestate examinentur, nisi coram *Episcopo*, vel *Advocato*, quem ejusdem loci *Episcopus* elegerit. (i) In tabulis *Ottonis M. Imp.* datis Ecclesiæ *Mindensi* anno DCCCCLXI. *Indict. IV.* eadem reperies *Mind.* verba. (k) Insuper concedimus eidem *Abbatissa*, (*Kaminadensi* in ripa *Visurgis*), ut nullus *Marchio*, nullus *Comes*, nullaq; nostri Imperii magna vel parva persona in ea placitum facere, vel publicam functionem exigere præsumat, nisi *Advocatus*, quem *Abbatissa*, qua tunc temporis fuerit, cum *Sanctimonialium* consensu, eligere voluerit, ait *Conradus II. AC. MXXIV. Indict. VII. VI. Id. Febr.* In confirmatione immunitatum *Monasterii Reinhardifontani* ab *Henrico III. Reinhardi-* *fontan.* *Imp.* anno *MLXXXVI. Ind. XII. Moguntia* facta inter alia sic: *Advocati* tutela, quando & ipsa videtur eis necessaria, prædictus *Comes* sicut ab eisdem *Fratribus* est electus *Advocatus*, quamdiu vixerit, permanebit, & ex posteris ejus, qui idoneus hujus dignitati fuerit. Nullus tamen unquam *Advocatus* esse præsumat, nisi quem *Fratres* communi consilio providerint eligendum. Qui si illorum & *Monasterii* per omnia studeat commoditatibus, diligatur ab omnibus. Sin autem avarus, nec illorum commoda, sed sua quærens lucra, habeant potestatem alium sibi eligere, & hunc, ex auctoritate *Petri & Pauli*, reprobare. Hic itaque, *Abbate* perente, à *Rege* accipiat *bannum legitimum*, & ter in anno, si necesse fuerit, ubicumq; vel quando *Abbate* placuerit, invitatus ab illo veniat, & ibi placitum justum pro necessitatibus & causis *Monasterii*, ritè peragat, nullum verd aliud servitium, jus aut beneficium sibi per hoc concedi cognoscat, nisi tertium *bannum*, & *contumaciam* justitiam, videlicet super *fures*, *proterviam*, & cetera talia, magisq; inde, quod præcipuum est, æternam omnipotentis *DEI* speret retributionem. Nullo modo, nisi *Abbate* volente & *advocante*, bona & loca *Monasterii* suis frequentius temerariis & sine causa adeat, vel attingat, nec præsumtuosus in eis placitum quodlibet, vel pernoctandi licentiam habeat, nec *Subadvocatum* pro se faciat, nec omnino aliquam calumniã seu perversionem *Monasterio* aut familiae faciat.

(Cccc) 2

In

(i) Vid. Monum. Padeborn. edit. prim. p. 207. (k) vid. diploma T. I. rer. German. Meibom. p. 740. seq. & p. 745. ac chron. Episcopor. Mindal. Kaobym. à Pistorio edit. annex. diplom. num. 1. 11. &c.

Anhusan.

In fundatione Monasterii *Anhusani* anno MCXLIII. facta, *Walterus*, per misericordiam DEI S. Augustensis Ecclesie Minister, ita: *Nullus ibi sit Advocatus, nisi quem Abbas saniori Fratrum suorum consilio ubi vis elegerit.* *Honorius II.* in confirmatione fundationis hujus sic: *In Advocati autem vestri electione Abbas liberam habeat potestatem, cum Fratrum suorum consilio, talens eligere, quem ad defensionem libertatis Monasterii bonum & utilem esse cognoverit.* *Celestinus II.* anno MCXLIII. & *Eugenius III.* anno MCXLIX. in hunc modum: *Liceat autem Vobis communi consilio Advocatum, quem ad defensionem ejusdem Monasterii utilem esse noveritis, liberè eligere, ipsumq̄, si inutilis apparuerit, removere, & alium, quem utiliore provideritis, substituere.*

Laureac.

In fundatione Monasterii *Laureacensis*, vulgò *Lorch*, Ord. S. Bened., Diocel. Augustan., *Fridericus*, Sveviae & Franconiae Dux, hanc quoque addidit conditionem; ut, quisquis suae cognationis senior extiterit, defensor & Advocatus loci permaneat. (l) Fuit *Fridericus* ille Baro de *Stausen*, cui *Henricus IV.* Imp., pulso *Rudolfo* de *Rheinfelden* Anti-Cesare, Sveviae & Franconiae Ducatum commisit, simulque generum elegit. (m) Ejusdem *Friderici* Nepos erat *Fridericus Barbarossus*. Si autem forte (ait hic Imperator anno MCLIV. indict. II.) à stirpe parentali dilapidando, distrabendo, sibi emancipando dotes Ecclesiae, aberraverit, communi Fratrum praedictorum assensu alius idoneus eligatur.

*diplomas
ficta,*

§. VIII. Affert *Magerus* de *Advocatia armata* (n) diploma *Caroli M.*, sed spurium fictumque, datum, ut asserit, Monasterio divitis *Augiae*. In hoc meminit *Adelberti*, cognati Regii, ceu *Advocati & defensoris* laudati cœnobii. Verum solide confutatum est à *Conringio* (o) in censura diplomatis *Ludoviciani*, dati (Dis si placet) Monasterio *Lindaviensi*. Ejusdem furtis ipsum diploma *Lindaviense* est, cujus verba huc spectantia appono. Idem autem Advocatus bis in anno, semel in aestate, secundò in hyeme, placitum habeat, sed ultra duodecim equos nullum adducat, & tunc honestè procuretur. Quicquid placitando acquiserit, duæ inde partes erunt *Abbatissæ*, tertia *Advocati*. Nullum domus DEI servientem, sine *Abbatissæ* vel ipsius consensu, ad iudicium cogat. Nullum de familia, sine justa sociorum suorum deliberatione, dampnet, vel coherceat. Nullum tubadvocatum, vel exactorem, sine *Abbatissæ* permissione, sibi constituat. Nihil privati muneris vel servitii à quolibet loco, sive curte, sive acella raris, quasi ex debito & statuto sibi jure exigat. Mansiones, seu pernoctationes undiq̄, in locis ejusdem monasterii frequentare caveat. Quod si ultra statutum nostrum alicubi placitare voluerit, ipse de tertia sui parte ibidem sibi contingente provideat, quod ad sumtum habere debeat. Nisi forte aliqua de causa ab *Abbatissæ* illuc vocetur, à qua tunc decenter sibi exhibeatur, quod

(l) Vid. *Crus. P. II. L. IX. c. 2. f. 308. ann. Sæv.* (m) *Lehman, Chron. Spirens. I. V. c. 34. f. 467.* (n) c. V. num. 431. (o) c. X. p. 166. seqq.

quod oportet. Proinde si quis, Advocatus hac statuta obstinatâ audaciâ transgressus fuerit, nisi sanè respuerit, sexaginta libras auri optimi, triginta Palatio nostro, triginta supradicto Monasterio persolvat, & ipsâ Advocatiâ cum ceteris commodis in perpetuum careat. (p)

§. IX. Jamtùm *Advocati* usque aded molesti & graves non erant cœnobiis, ut tot & tanta vincula iis injici debuerint, quæ sanè omni carent exemplo istius ævi. Data quidem sunt aliquando *Advocatis*, unâ cum cura monastica, leges, sed tam duræ variæque tempore *Ludovici Pii* nullibi *leges Advocatorum* reperiuntur. Verùm cum post Πολιτικῶτατον *Conringium*, *Justi & æquicætor*. Patronum, (q) *Historicus* nuper *Ducalis Saxonicus*, *D. Caspar Sagittarius*, (r) fabulam hanc candidè examinaverit, lectorem ad eosdem amando. Nec tantillum fidei meretur diploma *Uttensburanum*, triplex *Advocati* juramentum enarrans, quod falsissimum est. (s) *Leges* Monasterio *Gottesau*, à *Bertoldo* Hennebergico Fundatore prudenter præscriptas, ipsius verbis narabimus. (t) Es solte aber der Convent jederzeit einen *Voigt* auß *Graff Bertholden* Nachkommen erwählen / so fern einer auß denselben dazu tüchtig: Wo nicht/alsdenn anderswo einen suchen. Und denselben solte hernach / auf des Abtes Bitte/ der Kaiser bestâtigen / mit freyer Gewalt jährlich drey *Send* oder *Synodos* zu halten/da es Noth/im Kloster / oder wo der Abt wil und begehrt/in rechtlichen Sachen/das Kloster und dessen Zubehörung belangend. Und davon sol der *Voigt* keine *Miehe* oder *Gabe* nehmen/noch ihme gegeben werden/ohne das dritte Gebot/ und was in andern Klöstern die *Voigte* nach gewöhnlicher Gerechtigkeit haben / auf einen jeglichen/der dreyer *Rechts-Tage* einem/ein *Malter Frucht*/ ein *præmia* *Grischling*/ ein *Emmer Weins* / und ander Ding dazu gehörig. Sonst sol der *Voigt* dieses Kloster mit *Überfall* nicht bekümmern/es sende denn der Abt nach ihme. Sol auch außser den dreyen *Synodis* keinen *Rechts-Tag* auf des Klosters Boden halten / auch nicht über *Nacht* im Kloster bleiben/ohne unvermeidliche *Noth* und *Ehehafft*. Sol auch nicht *Nacht* haben einen *Unters Vogt* zu setzen/ noch einigen *Wiederdrich* / oder *Beschweigung*/dem Kloster/ noch dem Abt / noch dem Convent zu verfügen. Thäte ein *Voigt* hiewider/den sol der Abt stracks zu entsetzen /und einen andern zu erwählen ohne *Einrede* *Macht* haben. Diese Ordnung hat *Graf Bertold* selbst also gestellt/und dem Kloster übergeben. Sic autem dedimus ei (*Lamberto*, *Comiti Lovaniensi*,) *advocatiâ* istam, ut nunquam ipse *Comes*, vel *Succeßores* sui, in *Abbatia*, vel in *villis* ad eam pertinentibus, aliquid accipere, aut per *potentiâ* exigere debeant, præter *ius & beneficium* sibi constitutum, ait *Otto I.* in diplom. cr. In *instauratione* Monasterii *Hirsau* *Hirsaug.*

(Cccc) 3

giensis

(q) Vid. censur. *Conring.* c. 2. p. 9. seq. & c. 16. p. 305. (q) censur. cit. per tot. (r) in antiquitat. *Lacus Bodamicæ* s. s. 20. seqq. (s) *Conring.* l. c. p. 307. seqq. (t) *Chron. Henneberg.* L. 1. c. 39. p. 75.

giensis concedit etiam Comes *Adelbertus de Calvye* præfatæ cellæ (S. *Aurelii*, ac quanta cella, in qua CCC. Monachi simul vixere,) *Advocatum* aliquem de posteris suis fieri, si tamen loci ipsius Abbas, cum consilio Fratrum, talem inter eos invenerit, qui sicut ipse Comes nunc, non pro terreno commodo, sed pro æterna mercede sollicitus & studiosus, bona & constitutam Monasterii libertatem & justitiam defendere voluerit. Sin autem aliter fecerit, aptum & utilem *Advocatum*, undecunque sibi placuerit, eligat. Hic denique, Abbate petente, à Rege accipiat bannum legitimum; ut ter in anno, si necesse fuerit, aut in ipsam cellam, aut ubicunque, vel quando Abbati placuerit, invitatus ab illo veniat, & sibi placitum justum, (einen ordentlichen Rechts-Tag) pro causis & necessitatibus Monasterii, ritè peragat. Nullum autem aliud servitium, jus aut beneficium sibi pro hoc concedi recognoscat, nisi tertium bannum, (den dritten Theil der Strafen) & consuetudinariam justitiam, & legem, quam ceteri *Advocati*, in aliis liberis Monasteriis habent. Et in illis trium placitorum diebus, in unoquoque unum maltrum de frumento, & unum frisingum, & unum siclum de vino, & cetera adhuc pertinentia &c. Præterea Idem constituit, quod, nisi Abbate volente & advocante, bona & loca Monasterii suis frequentis temerariis & sine causa minimè adeat, vel attingat; nec præsumtuosus in eis placitum quodlibet, aut pernoctandi licentiam habeat. Nec *Sub-Advocatum* pro se faciat, nec omninò aliquam absque ratione calumniam, pervasionem, aut injuriam Monasterio, Abbati, aut familiæ faciat. Si autem, non ut *Advocatus*, sed potius calumniator & pervasor Monasterii fuerit, omninò potestatem habeat Abbas, cum consilio fratrum, hunc reprobare, & alium sibi utiliore undecunque eligere. (u) Eòdem ore sermocinatur *Urbanus II.* (w) *Sub Henrico III.* anno MCIII. in Concilio *Ratisbonensi* taxabatur salarium *advocaticum*, ut esset tertia pars multarum, quod & ubivis pene terrarum receptum attestatur *Chokier.* (x)

litera Ar-
chi-Episc.
Mog.

§. X. Næ melioris monetæ sanctiorisque fidei sunt literæ *Adelberti* Moguntini, quarum summam subnecto.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, *Adelbertus*, Dei gratiâ Mogontiensis Archi-Episcopus, & Apostolicæ Sedis Legatus, omnium tam præsentium, quam futurorum fidelium notitiæ tradimus, qualiter *Ernst*, Abbas Venerabilis Monasterii Sanctæ Mariæ perpetuæ Virginis, Sanctique Johannis Evangelistæ, quod situm est in loco, qui *Reginherisbrunnum* dicitur, atque Serenissimus Comes *Ludovicus*, ejusdem Monasterii *Advocatus*, pactum ineuntes constituerunt, ut idem Comes, & quicumque post eum *Advocatus*, secundum privilegia Romanorum Pontificum, quæ apud idem cœnobium servantur, electus fuerit & constitutus, pro cunctis, quæ juris sui videntur, duo tantùm per singulos annos talenta, unum in natali Sanctæ *Waltpurge*, alterum ad festum

(u) Vid. documenta rediviv. Monast. præcip. in Ducat. Württemberg. Tubing. 1636. & quidem p. 516. (vv) & 543. seq. (x) de *Advocat.* guæst. 59.

festum Sancti *Michaëlis*, à Fratribus accipiat, & de cetero nihil amplius, quàm æternæ retributionis præmium expetat. Non *Sub-Advocatum*, absque consensu Abbatis & Fratrum, pro se constituat, nullum placitum super aliqujus rei negotio in aliquo ipsorum *ditionis* loco, nisi fortè Abbate petente & Fratribus, agat. De furto autem & *proservia*, cum rei necessitas postulaverit, quando & ubi voluerit Abbas, eodem *Advocato* præsidente, ritè discussio fiat, & quicquid exinde, æquitatis dictante iudicio, provenire potuerit, tertia pars ipsius *Advocati*, reliquum Abbatis & Fratrum erit. Bona Monasterii suis temerariis frequentis non adeat, nullum ex familia, nec eos, qui bona Monasterii incolunt, violenter opprimat, vel bona eorum injustè diripiat. &c. Actum Erpesfurt anno ab Incarnatione Domini MCXXV. Indiçt. III.

§. XI. *Entum* deinde *venditumq;* hoc officium & dignitas *Advocatiæ* *Advocatiæ* non modò ab *Advocatis*, sed ipsis Abbatibus, seu Monasteriis. Prius *pro-*
emta, bant literæ *Gardolfi*, Episcopi Halberstad., anno MCXCVII. *Henricus* & *Ludolfus* ab *Eylensted*, fratres, jure hereditario *Advocatiæ* monasticam *Huysburgensem* sibi vendicabant, quia Pater eorum jamjam decessurus eam adhuc tenebat. Abbas verò *Henricus I.* ordinationem ejus penes se consistere asserens, tradidit eam *Sigfrido*, Comiti *Blanckenburgico*. Renunciârunt tandem *Eylenstedenses* omni juri, quod in ea videbantur habere, obtinentes, consilio *Gardolfi*, à Monasterio, in recompensationem pecuniæ, quam Parens eorum minùs cautè pro *Advocatiæ* dederat, XCV, marc. Distinctiùs cuncta videbis ex ipsis literis :

IN nomine S. & Individuæ Trinitatis. *Gardolfus*, DEI gratiâ Halbersta-
lit. Gardolf.
Halberst.
 densis Episcopus in perpetuum. Quæ ratione pacis & concordiæ inter mortales aguntur, & maximè ea, quæ ad commodum & profectum pertinent Ecclesiarum, dignè privilegiorum roborantur testimonio, ne labente tempore ipsa quoque in oblivionem labantur posterorum. Noverit igitur futura posteritatis Universitas, quòd temporibus nostris inter *Huyesburgensem* Ecclesiam, & quosdam Ecclesiæ nostræ Ministeriales, videlicet *Hinricum de Eylenstede*, & *Ludolfum* Fratrem ipsius, super *Advocatiæ Huyesburgensi* gravis exorta est controversia. Præfati enim Fratres eò, quòd Pater ipsorum eandem *Advocatiæ* aliquandiu possederat, & in extremo vitæ suæ positus, adhuc in possessione ejus erat, ipsam sibi vendicabant. Dominus verò Abbas ejusdem *Advocatiæ* ordinationem penes se consistere, & ipsam pro commodo Ecclesiæ suæ, & voluntatis suæ arbitrio, locandam asseruit, quod multiplici privilegiorum suorum testimonio *Alexandri* Papæ, Venerabilium quoque Prædecessorum nostrorum, Halberstadenſium Episcoporum, piæ memoriæ *Borchardi*, *Reinhardi*, *Odolrici*, evidentissimè demonstravit. Cum ergò utraque partium ita juri suo inniteretur, & utrimque damna & incommoda plura perciperent, Nos pro utraque partium dolentes, sicut debita sollicitudinis cura
 nos

nos traxit, antequam causa mali ulterius invalesceret, partes nostras interponere dignum duximus, & licet sepius in eodem negotio antè nostra frustrata devotio, attamen per DEI gratiam, de utriusque partis consensu, omnia sub certa compositionis forma complanavimus. Forma autem compositionis hæc fuit: Præmemorati Fratres omni juri suo, quod in prædictam *Advocatiam* habere videbantur, coram Nobis & omnibus, qui aderant, penitus renunciaverunt, & tam ipsi, quàm amicorum suorum *Theodoricus de Sameringe*, & *Berthrammus* frater ejus, *Hartvidus de Eylensted*, fide data in manus nostras promiserunt, quòd ipsi præfatam Ecclesiam super eo nullo modo de cetero molestant, & à petitione ejusdem *Advocatie* in perpetuum quiescerent. Ad recompensationem ergo pecuniæ, quam Pater ipsorum pro ipsa *advocatia*, licet minùs cautè, dederat, Dominus Abbas, ad consilium nostrum, XCV. marcas ipsis persolvit. Procedente tempore Dominus Abbas, libertate privilegiorum suorum fretus, Comitem *Sifridum de Blanckenborch*, eò quòd ipsum Ecclesiæ suæ utilem & heredibus suis commodum speraret, secundùm continentiam privilegiorum suorum, de consensu Conventûs sui, in *Advocatum* elegit, ut, si in posterum se hominibus importunum, & Ecclesiæ inutilem ostenderet, liberum sit Domino Abbati, absq; reclamazione ipsius, alium substituere. Ne verò hujus ordinationis nostræ seriem quisquam ausu temerario, vel quocunq; malignandi ingenio infringere attemptet, nos eam, auctoritate Omnipotentis DEI, & Apostolorum Petri & Paulli, Episcopali quoque banno nostro confirmamus, & præsentem paginam inde conscriptam sigilli nostri testimonio roboramus. Hujus rei testes sunt *Counradus*, Major Præpositus, *Wernerus* Decanus, *Counradus* Camerarius, *Fredericus* Vice-Dominus, *Geroldus* Cellerarius, *Borchardus* Archi-Diaconus in *Isleve*, *Hermannus* verò, Abbas in *Illebenborch*, *Sifridus*, Abbas in *Wideneborch*, *Wolradus*, Abbas in *Counradusburch*, *Ekkehardus*, Abbas in *Reinstorp*: Laici, Comes *Albertus* de *Winigerode*, Comes *Henricus* de *Reyenstein*, *Borchardus* de *Walckenstein*, *Wernerus* Advocatus, *Arnoldus* Advocatus, *Arnoldus* de *Burchdorp*, *Rodolfus* de *Gatersleve*, *Sesarius* Præfectus, *Joannes* de *Gatersleve*, *Anno* de *Eylensted*, *Fredericus* & *Ludegerus*, Fratres de *Menhachen*, *Alvericus* Camerarius, *Bartoldus* de *Hordorp*. Acta sunt hæc anno Incarnationis Dominicæ MCXCVII. Indiæ XV. Cœlestino Papa III.

¶ *vendita,*

§. XII. Posterius confirmat *Eckstorm*. (y) inquiens: año Mccxxxix. Monasterium *Walckenriedense* pro *Advocatia*, quam Comites *Hohnsteinii* abs Imperio in feudo habebant, ipsis numeravit XXXVI. marcas argenti. Penes *Clettembergenses* Comites erat primùm nobilis *Advocatia* *Walckenriedensis*. Illis deficientibus Comitatus cum *Advocatia* devolutus est ad Comites *Hohnsteinios* circiter AC. MCCLX. Cùm igitur *Henricus*, *Theodoricus*, & *Albertus*, Comites de *Hohnstein*, Fratres, satagerent fratrem suum

Ottonem

(y) Chron. Walckenried. p. 91.

Ottone[m] sacris initiatum facere Abbatem *Walckenriedensem*, contra *Conradum* II. electum, ipsique Comites vim facerent, *Conradus* Abbas Romam profectus apud Pontificem obtinuit, ut Comites *Hohnsteinii* cum omnibus suis amicis, Ministris & auxiliatoribus excommunicarentur in quartam generationem. *Ottone[m]* ferunt occisum esse à monachis in gradibus, quibus olim è porticu in dormitorium ascensus fuit. (z) *Rudolfus* à *Bernaug*, Abbas *Fabariensis* XLVIII., *Advocati*am sui cœnobii ab *Alberto*, Barone de *Saxen*, CCL. marc. emere cogebatur anno MCCLVII. Quod postea *Fridericus* III. Imp. approbans, Monasterium ab omni jurisdictione Patronatûs & *Advocati*æ, seu quibuslibet subjectionis officiis, universaliter exemit, teste *Bruichio*, (a) quem exscripsit *Magerus*. (b)

§. XIII. Ratus est *Lehmannus*, (c) munus *Advocatorum* fuisse, *Monasteria* & *Ecclesias*, unâ cum eorum bonis & hominibus, defendere, & judiciis ^{Officium} *Advocati*, rei que œconomica simul præesse. Idem sentiunt *Paurmeister*, (d) *Goldastus*, (e) & *Bangertus*. (f) *Andreas Knichen* (g) inquit: Præter autem œconomiam, & obventionum rationes, jurisdictionem tam *civilis*, quam *criminalis*, competebat *Advocatis* suâ origine; post *Monasteria* sibi acquirebant *civilem* jurisdictionem, solâ *criminali* *Advocatis* relicta. Verùm confundunt *Advocatos* cum *Oeconomis*. Hi saltem earum rerum, quæ ad vitæ alimoniam & ^{Et Oecono-} ^{mi distin-} ^{ctum,} redditus ecclesiasticos pertinebant, curam gessere. Distincta munia erant etiam in veteri *Ecclesia*, quod vetusti Conciliorum canones ut canon XXIII. Concilii *Chalcedonensis*, & canon LXXVI. Concilii *Carthaginensis* testantur, in quibus distinctio τῶν οἰκονομῶν καὶ τῶν ἐκδικῶν accuratè notanda est. Etiam in *Ecclesiæ Constantinopolitanæ* numeribus ecclesiasticis *magnus Oeconomus*, (h) censuum, expensarum, & ratiociniorum in *Episcopatu* rationem habens, ὁ πρῶτος ἐκδικῶν, i. e. *primus defensor* dicitur, respectu aliorum ἐκδικῶν, seu *defensorum*, vel *Advocatorum*, quos inter eminuit ille ad curam captivorum suscipiendam, utque sit *judex querimoniarum*, quæ deferuntur ad forum. Distinctè quoque de utriusque officio *Fridericus* I. Imp. in privilegio *Ecclesiæ Goslariensis* anno MCLXXXVIII. dato. *Perlatâ ad Nos importunitate, quam in bona Ecclesiæ nostræ Goslariensis aliquando exercere præsumserint Advocati, vel villicationes ejus locando, quod nihil ad eos, vel hereditates litorum Ecclesiæ sibi usurpando, vel etiam mansos Ecclesiæ novis collocando colonis. Nos hæc illicita de cetero fieri authentico prohibentes edicto, nullam permittimus Advocatis ad talia perpetranda potestatem. Cùm enim de jure Advocatorum coram Nobis in Palatio Goslariensi quæstio moveretur, de communi Principum consilio sententiatum fuit,*

(Dddd)

quod.

(z) Idem p. 130. (a) in chronol. Monast. (b) lib. cit. c. I. num. 32. seq. (c) L. II. chron. cit. c. 36. (d) L. II. de jurisdic. Imp. Rom. c. 10. num. 24. (e) in gloss. ad Burchardi lib. de casib. monast. S. Galli p. 414. T. I. rer. Alemannic. (f) ad L. III. chr. Slav. c. 18. p. 338. (g) de jure territorii c. 4. §. 394. (h) Ritual. græc. p. 275.

quod in bonis Ecclesiarum Advocati nihil juris haberent, nisi tantum in tribus casibus, in furto videlicet, in pugna, & in raptu: & omnes alie quaestiones essent ad œconomum, seu villicum Ecclesia referenda. Item patet ex antiquioribus diplomatibus.

Sub-Advocati,

§. XIV. Hi Nobiles Advocati, seu Principales, (1) habebant interdum titulo beneficiaræ concessionis Sub-Advocatos, seu Sub-Advocatores suos, cum consensu Abbatis, vel Episcopi constitutos. In fundatione Monasterii Laureacensis Sub-Advocati ordinatio prohibetur. Sic enim Conradus Rex: Nos igitur cognatum nostrum Ducem Fridicum, quem vota Fratrum elegerunt, eidem cœnobio Advocatum præfecimus, ut eam Advocatiam nulli penitus persona secundaria ipse, nec aliquis successorum suorum, regendam vel tuendam concedat, vel commendet, sed manu propriâ teneat. Datum AC. MCXXXIX. in loco, qui dicitur Laureacus. Interdum unus tantum Sub-Advocatus ex permissione Regia constituebatur. Sic enim Otto I. (k) Illud etiam statuimus, ut Comes Lovaniensis nunquam in Advocatiam Gemblacensem, præter unum Sub-Advocatum, habeat, i. e. ut donum hujus Advocatiæ à Rege (qui major Advocatus est) plus quàm ad tertiam manum nunquam deveniat. Si autem (quod nolimus) nostram constitutionem contemserit, & Advocato illi, qui sub se est, ex ipsa Advocatia aliquid usurpare, vel militibus suis beneficiare consenserit, terram suam in camera Regis sibi abjudicaram sciat, & quidquid beneficii pro ipsa Advocatia tenebat, de manu Regis, se amissurum noverit. Porro Sub-Advocatus in villis ad Abbatiam pertinentibus nihil aliud juris habebit, nisi per singulos annos de unaquaq, domo denarium unum, gallinam unam, avenæ sextarium unum &c. Erat autem primarium illorum munus, (1) Ecclesias & Monasteria, bona & homines eorum in mundiburdum, seu tutelam & patrocinium recipere. Inde ipsi Mundiburdi dicti. (2) fundaciones, oblationes, donationes &c. à fidelibus hominibus, seu ipsis Episcopis, & Abbatibus factas Ecclesiis, majoris fidei gratiâ acceptare & confirmare. Cùm Conradus II. anno MXXXVIII. Kal. Jul. indiët. XI. Imperii sui anno primo, curtem Godelevesheim, injustè Monasterio subtractam, Trutmario Abbati Corbeienfi, restitueret, Monasterii Advocatus, jussu Imperatorio, eam recepit. Testes inter sunt Hunfredus Archi-Episcopus, Meinvercus Episcopus Padebornensis, Godehardus Hildesemensis Episcopus, Sifridus Episcopus, Odalricus Cancellarius, Astulfus, Sigibertus, Bernardus Dux &c. (3) cognoscere & dicere jus in causis criminalibus, seu majoribus, (ut Fridericus Halberstadenfis vocat) super furto, stupris, rapinis, incendiis &c. à quibus abstinere oportet religiosos homines. (1)

munus Advocati.

mutuus consensus Abb. &c. & Advocati.

§. XV. Uti verò inscius, seu invito Abbatibus, vel Episcopis, nihil agerent Advocati legitime aut valide: ita vicissim illi, sine horum consensu & autoritate,

(1) In privileg. Reichersberg. p. 202. & 210. (k) l. c. (1) Vid. Meibom. de orig. Helmsted.

auctoritate, nihil ratificabant. In dedicatione basilicæ in monte sancto è re-
 gione civitatis Huxariæ, à *Wernero* Abbate Corbeienfi XX. anno MLXXVIII. *Werner.*
 fundatæ, dicit Abbas: *Advocato suo Ottone Duce assentiente, & traditionem* *Corbeienf.*
 confirmante, *Popponem* (Antistitem Padeborn.) banno suo hæc acta semel
 atque iterum, & tertio confirmasse. Cum *Folmarus I.*, Abbas ibidem IX.,
 [non *Bovo III.* (m)] Monasterium *Westergroningense* ad Bodam, instituti *Westergron-*
 Benedictini, annò DCCCCXXXVI. ex hereditate *Sisfridi*, Comitis *Walbec-*
ensis, (n) vel Marchionis Misniæ & Lusatia, (o) conderet, traditionem *ningen.*
 suam fecit adstante *Hogero*, Advocato suo. (p) *Ello* quidam, Ministerialis *Ello,*
 Ecclesiæ *Gerensrodensis*, allodium suum, duos videlicet mansos in *Bikellinge*,
 venditurus, more scto *Hedvigi*, Abbatissæ *Gerensrodensi*, primùm, deinde
 Ecclesiæ ejusdem Ministerialibus, obtulerat. Cum verò nullum reperiret
 emptorem, ut liberè, sine suorum querela, vel vendere, vel donare sibi inte-
 grum foret, in præsentia Abbatissæ, à comparibus suis & petiit & obtinuit.
 Hic *Ello* in claustrò *Huyesburgensi* factus postea conversus, duos istos mansos
 cœnobio adjecit. Accidit autem, ut quidam *Erpo*, qui filiam ejus in matri-
 monio habuerat, ex quæ ea filium susceperat, hosce mansos jure quasi heredi-
 tatio repeteret. Tandem res composita. Quæ ut firmior haberetur, in
 conspectu Abbatissæ, præsentibus multis aliis, id ore digitoque confirmavit
Erpo, acceptis VII. talentis. Hinc Ecclesia *Huyesburgensis* multis annis legiti-
 mè & quietè hos mansos retinuit, donec lis extincta renasceretur. Filia
 siquidem *Erponis Orda*, quæ adhuc puella cum patre suo dictis mansis omni-
 nò renunciârat, nunc *Rodolfo Gerstorpio* nupta, quasi veri nescia, rixas hæc
 recoxit. Habitis ultrò citroque consultationibus, lex & æquum *Huyesburgo*
 tandem favent. Quod ut stabile & inconcussum retineret, *Rodolfo*, & con-
 jugi ejus, tria talenta persolvit, præsentibus *Friderico* Palatino, ejusdem Ec-
 clesiæ *Advocato*, & duobus filiis *Athelberti* Marchionis, videlicet *Athelberto*
 Comite & fratre suo *Bernardo*, *Poppone*, Comite *Blanckenburgico*, *Burcardo*
 de *Walckenstein*, *Wernero* de *Arnensted*, *Gardolfo* de *Hadmersleve*, *Roberto*
 de *Langele*, *Frederico* de *Hackeburn*, *Guntero* de *Wigenleve*, Ministeriali-
 bus *Gerensrodensibus*: *Frederico*, *Arnoldo*, *Frederico Nezil*, & fratre ejus *Lud-*
dolfo, *Hermanno*, *Hilderico* & fratre ejus, *Frederico* de *Waledale*, *Joanne*, &
 fratre ejus *Hermanno*, *Herdungo*, *Conone*, *Alexandro*, & fratre ejus
Gevehardo, & *Ludolfo* de *Gatersleve*, *Nothungo*, *Alverico*, *Otholrico*
 & fratre ejus *Engelmaro*, Ministerialibus *Quedlinburgensibus*: *Fre-*
derico, *Hermanno* de *Ditfort*, *Frederico* juniore & *Otholrico* de *Horden*.
 Hæc omnia *Udalricus* Antistes confirmat, & transgressores fulmine ana-
 thematis ferit. *Bertoldus* Hennebergicus potestatem dederat Fratribus in
 (D d d d) 2 *Gottesau,*

(m) Bucelin. Germ. sacr. P. III. p. 55. 2. (n) Meibom. chron. Walbecc. pag. 2.
 (o) D. Mirus in encæniis Halberstad. (p) Meibom. in not. ad chron. Corbeicaf.

Gottosan, Abbatem etiam amovendi, cum præcitu tamen Comitis regnantis, & *Advocati* Monastici. (q)

Ano simul Advocati, §. XVI. Interdum una Ecclesia duos, imò plures habuit *Advocatos*, diverso tamen respectu. Cùm *Mauritius*, Comes *Spiegelbergicus*, Abbas *Corbeiensis* XLVI., non anno MCCCCXLIV., ut *Letzner*. vult, (r) sed (quod alibi rectius notavit) MCCCCXXXIV. (f) cùm *Ottone* Brunsvicensi, *Uslaria* residente, pacem fecisset sanctam & inviolabilem, eumque, seu nobilem *Advocatum* suum, recepisset, & confirmasset, eodem anno feriâ quintâ ante festum corporis Christi *Ludovicum*, *Hassia* Principem, etiam *Protectorem*, seu *Advocatum* elegit contra *Westfalos*, aliâ tamen intentione.

svr amati sint?

§. XVII. Cùm verò *Advocati* vel absolutam subjectionem, aliave insignia jura sibi attribuerent, vel etiam gravia servitia Monasteriis violenter obtruderent; non raro etiam duo Magnates de jure unius *advocatiæ* sibi invicem litem moverent, cujus rei luculentum exemplum habemus in *Albeni* monasterio, (vulgò *Herren Ulbe*) Ordin. Cistert., Diœces. *Spirensis*, iplo dicente *Rudolfo* I. Imp. (t) (Servitia verò, quæ *Advocati*, seu *conditionati Protectores*, per abusum, vel singularem conventionem exigere solebant, erant, monachos cum suis in claustris, gangris, curiis, molenadinis, rebus & possessionibus, tam habitis quam habendis, & villis specialiter gravare in postulatione, ablatione, vel extorsione frumenti, vini, animalium, canum, pullorum, denariorum, sceni, pabuli, *Howtrecht* / *Hertrecht* / *Dube* / *Grevel* / *Steure* / *Bethe* / *Bogte* / *Habern* / & præcipuè venatoribus, canibus & vecturis &c.) *Rapacitas* tandem & *injustitia* plerorumque *Advocatorum* commovit Imperatores, Pontifices, & Abbates, ut eos seculo XII. aut initio XIII. amoverent, omni jure *Advocatiæ* plurimis in locis extincto. Affert *Gelenius* (u) tres bullas *Honorii* III., omnes uno eodemque Pontificatus anno, quinto scilicet, qui fuit Christi MCCCXXI. ad *Colonienses* perscriptas. Prima vehementer insectatur insolentias *Advocatorum*: altera vacantes *advocatiæ* vetat cuiquam contemere. Tertia prohibet, ne quæ oppignorationes fiant ab *Advocatis*. Prima hujus tenoris est:

bulia Honorii III.

HONORIUS Episcopus, servus servorum DEI, Venerabilibus Fratribus, Archi-Episcopo *Coloniensi*, & ejus Suffraganeis, salutem & Apostolicam benedictionem. Si Ecclesiarum *Advocati* significatum sui nominis attenderent, ut deberent, studerent eas, ob reverentiam *Advocati* cœlestis, cùm speciali titulo sunt adscriptæ, fovere beneficiis & viribus defendere: Sed, quod dolentes referimus, nonnulli eorum habentes

(q) *Spaugenberg*. L. I. chor. Henneb. 79. (r) *hist. Ludov. pii* edit. sec. c. 29. (f) l. c. c. 69. p. 146. Conf. *das Braunsch. Wollfenbüttel. Gegen o. Manist* edit. ibid. 1671. pag. 63. und in *Beplagen* num. 11. (t) vid. *Documen.* *Würtemberg.* cit. p. 137. (u) in *hist. vitæ Engelberti, Colon. Archi-Episcopi.*

velamen malitiæ, libertatem in bonis ecclesiasticis, in quibus advocatiōis jus obtinent, non solum prodigaliter debacchantur, verum etiam ea diripiunt ut *prædones*. Quod Ecclesia Colonienſis provinciæ jugiter experiri coguntur, sicut earum nobis transmissa conqueſtio patefacit. Quia igitur zelus nos comedit domus DEI, Fratritati Vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli proſequentes proprium intereſſe, & quali *collo uno & humero uno* Eccleſiarum onera comportantes, *Advocatos* ipſos, ut contenti juſtis, & ab antiquo ſtatutis ſtipendiis, ab Eccleſiarum moleſtiis conqueſcant, moneatis prudenter, & efficaciter inducatis. Quod ſi forſan veſtris monitis non acquieverint, ne medicinalis *Petri* gladius in manu veſtra torpere rubigine videatur, in eos, juxta quantitatem & qualitatem culparum, intendatis & remittatis, appellatione poſtpoſitâ, rigorem Eccleſiaſtica diſciplinæ: ita quod Eccleſiæ ab hujusmodi oppreſſione reſpicient, & Vos exinde mereamini apud DEUM & homines commendari. Datum Lateranen Kal. Mart. Pontificatûs noſtri anno quinto.

§. XVIII. Audiverat hæcenus *Fridericus I.*, Episcopus Halberſtadenſis, è Comitibus noſtris *Kirchbergicis*, gemitus & ſuſpiria Eccleſiarum ſuarum, cumprimis *Huyesburgenſis*, viderat insolentiam & malitiam *Advocatorum*, quâ velut in ſervitutem luti laterumq; redigebantur sancta limina, ita, ut non amplius ſimplicem cenſum obtinere potuerint de bonis ſuis, ſub tali & tanta tyrannide conſtituta, ſecundum lamentationes *Meinhardi* Episcopi. (w) Adhibitis ergo in conſilium Canonicis Halberſtadenſibus, aliisq; bonis & prudentibus Viris, placuit perpetua Monasterii libertas, non obſtantibus ejuſdem privilegiis, huic ſanctioni contrariis. Legi ſanè merentur literæ ejuſ, haud uno aſterifco dignæ.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Amen. *Fridericus*, DEI gratiâ Sanctæ Eccleſiæ Halberſtadenſis Episcopus in perpetuum. *Advocatorum* malitia, quæ diebus his malis in Eccleſias DEI deſcævire conſuevit, nos amonnet & compellit, ut ea, quæ ad earum liberationem perpetuam per noſtram providentiam & laborem rationabiliter fuerunt ordinata, contra varios futurorum incurſus, qui veluti *flagellum inundans* in caſu ſubſequenti frequenter emergunt, tam valido noſtræ firmitatis munimine roboremus, ut & facti noſtri memoria quod in ſe proficuum continet, pariter & honorem, ſub tali vigore conſiſtat ac robore, quatenus à poſteris inviolabiliter obſerveretur, & nullum à temeritate malorum contradictionis obſtaculum ſentire valeat in futurum. Eapropter notum eſſe volumus univerſis Chriſti fidelibus, tam præſentis temporis quàm futuri, Quod, cum Nos Eccleſiarum Nobis in Domino ſuffragancium clamorem aſſiduum, ex filiorum querimonia, ſuper *Advocatorum violentiam*

(Dddd) 3

tiam

(vv) In lit. anno 1244.

riam in cordis nostri amaritudine sæpiùs audiremus, & Dilectus fidelis
 noster, Vir Nobilis & DEO devotus *Sifridus*, Comes de *Blanckenborch*, qui
advocatiã Monasterii de *Huyesborch*, ex dilectorum filiorum Abbatis,
 Prioris, ac totius Conventûs electione, sub DEI timore pridem procu-
 rabat, manifestam *Advocatorum* malitiam unã cum Nobiscum prospice-
 ret, in se reversus timuit, si *Advocatiã* sibi ex electione commissam
 usque in finem vitæ teneret, Monasterio sub libertate sua grave dispen-
 dium imminere. Volens hac in parte & salutem suã consulere, & Mona-
 sterio præcavere, ne, post mortem sui ipsius, quisquam heredum suorum
 juris aliquid in *Advocatiã* sibi vindicare valeat, sicut eam de manu Ab-
 batis regendam suscepit, ita etiam in manus ejusdem absolute resignavit
 eandem, petens à Nobis humiliter & devotè, quatenus cœnobio, commissio
 Nobis in animam, pro debito nostro consulere dignemur. Nos igitur
 devotionem ipsius in Domino commendantes, & super ordinatione
 cœnobii tam ipsius, quàm Majoris Capituli nostri, opportunum consi-
 lium requirentes, invenimus tandem, sanum & utilissimum fore, Mona-
 sterium perpetuã libertate gaudere, & nullius *Advocati* importunitate,
 vel potentia intollerabili, quã plures premuntur Ecclesiæ, & quasi in ser-
 vitutem luti & laterum sunt redactæ, de cetero prægravari. Unde licet
 Monasterium memoratum, super libertate electionis *Advocati*, plura &
 valida privilegia noscatur habere, tamen, si ancilla partem aliquam
 eum libera in eis obtinere videtur, illam penitus ejiciendam decrevimus,
 in hoc privilegio de prudentium consilio statuentes, ut deinceps prorsus
 liberum sit hac in parte, & tali libertate pro suo commodo perfruatur,
 ut nullum eligat, nullum unquam habeat *Advocatum*; & in causis majori-
 bus, utpote *surti*, *raptus*, & *sanguinis*, quas Religiosos non expedit tra-
 ctare personas, eam dilecto in Christo filio *Sifrido* Abbati, suisque Suc-
 cessoribus, gratiam facientes, ut in causis talibus *mundiburdum* statuant,
 qui, vice & auctoritate nostrã, judicet, quæ fuerint in judicandis: mu-
 tatis tamen præsentis temporis personis hujusmodi, ne, propter hujus
 vacationis frequentiam, pedem in *advocatiã* subtili malignatione figere
 valeant, & in ea sibi juris aliquid vindicare. Si etiam causæ tales emer-
 serint, quæ vires Abbatis excedere videantur, Nos ex tunc, ad vocationem
 ipsius, ei fideliter cooperabimur judicando: ipse autem omne, quod
 exinde provenerit, emolumentum habebit. In hunc modum volumus,
 ut hujus *advocatiæ* libertas, quæ nostris in diebus per DEI gratiam nostram-
 que promotionem restituta est libertati, penes *Huyesburgense* cœnobium,
 secundum præmissa, nunc & in perpetuum liberè conquiescat. Unde
 etiam, ut præfato cœnobio, Nobis in Domino dilecto, per omnia ca-
 veamus, maximè, cum *utroque jure, utroque gladio, & spirituali & temporalis*
 gau-

gaudeamus imperio, & regere ac defendere idem utroq; gladio teneamur, Venerabiles Dominos hujus Sanctæ Halberstadenfis Ecclesiæ Episcopos universos monemus, in Domino rogamus, attentè consulimus eis fide sincerâ, in remissionem suorum, his, peccaminum injungentes, & ad validam totius firmitatis cautelam, per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum districtiùs inhibentes eisdem, ne propter blandas amicorum adulantium preces, vel propter münera, quæ excœcant, dictam *advocatiam*, quæ prorsus libera est, alicui hominum, tanquam ignari libertatis præmissæ, inphœodare vel obligare præsumant, nec excucionem aliquam, quacunque etiam necessitate eos cogente, contra voluntatem Abbatis & Conventûs, faciant in eadem. Nos autem recognoscimus, & præsentis scripti privilegiò protestamur, quòd, si malignari vellemus, quòd absit à Nobis, nequaquam eam obligare, vel inphœodare, vel excucionem facere aliquo modo possemus in ipsa: quòd maximè, propter salutare remedium, tam à Nobis, quàm à nostris successoribus statuimus inviolabiliter observandum, ne cœnobium memoratum per ea, quæ præmissimus, in servitutem aliquam redigatur, de qua sine gravi rerum dispendio & labore subito resurgere non valeret. Ad hæc Nos, qui, propter Ejus reverentiam, quam Filius nihil negans honorat, prædictum ejus cœnobium speciali ejus dilectione diligimus, & semper intendimus honorare, libertatem *Advocatiæ* cum omnibus bonis, quæ nunc possidet, vel in futurum iusto titulo poterit adipisci, sub nostram Episcopalem protectionem suscipimus, & banno nostro Synodali confirmantes ea Monasterio memorato, sub interminatione anathematis, districtiùs inhibemus, ne quis quacunque præsumptione temerariâ Dilectos Filios, Abbatem & Fratres, in eis molestare vel prægravare præsumat. Si quis autem, svadente Diabolo, hoc attemperare præsumserit, indignationem DEI Omnipotentis, ac Beatorum Apostolorum Petri ac Pauli, & nostri anathematis vinculum se noverit incidisse. Hujus rei testes sunt *Meynhardus*, Major Præpositus, *Arnoldus* Decanus, *Anno* Præpositus, *Almarus*, S. Pauli Præpositus, *Arnoldus*, Archi-Dyaconus in Oschersleve, *Cunradus*, Erfordienfis Præpositus, *Borchardus* Recheborch, Præpositus, *Conradus*, S. Mariæ Præpositus, *Bernardus*, Vice-Dominus noster, *Ludolfus* de Sladem, *Bardolfus* de Meynersen, *Joannes* Scolasticus, *Albertus*, Præpositus de Bureslo, *Elgerus*, Præpositus Goslariensis, *Conradus* de Vrobure, *Tydericus* Camerarius, *Otto*, *Richardus*, Sacerdotes majoris Ecclesiæ nostræ: Conventuales, *Joannes* de Ilfeneborch, *Hinricus* de Cunradesborch, *Cesarius* de Hildesleve, *Fredericus* de Lutter, *Albericus* Laici, *Tydericus* major *Advocatus*, *Wernerus* & *Conradus* fratres de Sufelitz, *Hugoldus* & *Hermannus* Fratres de Scherenbecke, *Hermannus* de Harbecke, *Joannes* de Gatersleve, *Hinricus* de Cruge, *Gerhardus* de

de Papstorp, Tydericus Marschaleus, Cunnemannus de Badesleve, & alii quàm plures. Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis ac nostræ reparationis MCCXX. indictione VIII, Præsidente S. Romanæ Sedi Reverendissimo Patre Papa Honorio, hujus nominis III. Regnante Serenissimo Domino nostro Frederico, Romanorum Imperatore semper Augusto. Et ne super præmissis omnibus aliquod posteritati, & præcipuè nostris Successoribus, dubium generetur, hanc paginam inde conscribi, & tam sigillo nostro, quàm Majoris Ecclesiæ, ac Conventûs antedicti, fecimus insigniri, maximè ob eam causam, ut eisdem nostris Successoribus tantò apertius detur intelligi, quòd libertatem præmissam sæpedito cœnobio debeant illibatam in secula conservare, quod eis iteratò in ipsorum animas diligenter injungimus, Venerabile cœnobium, cum omnibus ad idem pertinentibus, cum attentione devota eis commendantes in Ipso, qui pro nostra salute pendens in cruce Matrem Virginem Virgini commendabat. Datum Halberstad per manum Tyderici Notarii nostri.

Heitharvic.
Werthinens.

hist. ridicula,

§. XIX. Porro rapacitatem *Advocatorum* testabitur quoque *Heitharvicus*, *Werthinensis* ad Ruram Prælatus, qui graves querelas detulerat ad *Conradum II.* Imp. annò MXXXVI. adversùs *Hermannum* Comitem, *Advocatum* suum, Virum inter *Westfalos* potentem, quod is multis injuriis tam se, quàm familiam sui Monasterii divexârat: adversùs quem *Cæsar VI.* Id. Octobr. acre rescriptum dedit in *Tuilide*, certoque agrorum stipendio eum jussit esse contentum. (x) Lepida historia, quam Autor *chronici Montis sereni* (y) his verbis narrat: *Advocatia* Ecclesiæ *Pigaviensis* immediatè ad Imperatorem pertinebat, nec cuiquam jure feudi conferri poterat, sed habebat potestatem eligendi Abbas, ad quantum temporis spatium volebat, quemcunque sibi videbat expedire. *Philippus* autem Rex *advocatum* hanc *Tiderico*, Comiti *Sommerseburgico*, qui etiam de *Groitz* dictus est, contra privilegium istius Ecclesiæ, concessit, qui eam procaciter usurpans, & cives *Pigavienses* sibi violenter servitè compellens, nec ab ipsius Abbatis injuriis temperavit. Nam & ab hominibus ipsius aliquando captivatus est, & ab ipso ab Ecclesia *Pigaviensi* expulsus, per annum integrum in castro *Wirbene à Bernardo*, Duce *Saxonie*, receptus, cum suis commoratus est. Accidit autem, ut *Officiales* Comitis vinum de vinea Abbatis, quæ est in villa *Hilptiz*, auferrent, *Groitz* ad castrum Comitis deducendum. Quo comperto, Abbas eos, qui circa se erant, armatos misit, ut eos, si esset possibile, prohiberent. Habens verò *dextrarium* electum, qui etiam propter ipsum notissimus erat, unum servorum suorum, qui *Bruno* dicebatur, habitu suo, i. e. *cappâ* indutum, in eo misit, præcipiens, ut ille signum ducens ceteros anteiret. Illis itaque cum vino jam receden-

(x) Schaten. T. I. Annal. Padeborn. ad h. a. p. 510. seq. (y) p. 147. & 149. seq.

recedentibus, Viri Abbatis eos cum festinatione infecuti sunt. Quorum unus post tergum respiciens, & signiferum illum *cappatum* videns, equumque agnoscens, Abbatem venire vociferatus est. Tantus autem repente metus custodes illos invasit, ut, relictis curribus, priusquam in aliquo hostes experirentur, solum fuga præsidium quærent, cum tamen eis, quos fugiebant, numero longè præstantiores fuissent. Isti verò, curribus cum vino ablati, *Wirbene* reversi, non sine jucunditate ab Abbate suscepti sunt. Splendidissimum cænobium *Mulbronnense*, à *mulis* ita dictum, Diœces. Spirensis, sub regula S. Benedicti & constitutionibus Cisterciensium, fundatum à *Waltero de Lomershaim*, adjuvante *Güntero*, Episcopo Spirensi, Comite de *Linngen*, AC. MCXLVIII, medio ferè itinere inter *Pfortzheimium* Marchionum Badensium, & *Brettam*, Palatinorum Rheni civitates, quod *Eugenius* III. ipsò annò foundationis in protectionem Sedis Apostolicæ suscepit, & *Frid. I.* Imp. confirmavit, statuitque, nullum nisi Casarem habere *Advocatium*, uti reliqua hujus Ordinis monasteria habent. *Walterus* iste in antiquis tabulis dicitur *Vir Nobilis*, & ex antiqua *prosapia* in utraq; Parentum linea liber, & dum seculo militaret, moribus compositus, inq; armis satis strenuus. Idem verò *Fridericus* annò MCLXXXVIII. se *Advocatium* Spirensis Ecclesiæ vocat ratione Ducatus Sveviæ. (z)

§. XX. Cives Fuldenses, Abbati non magis, quàm toti Congrega-^{motus Ad-} tioni infensi infestique, per fœdera & occultas coitiones sese applicantes ^{vocati} *Advocato* Fuldensi, *Joanni*, Comiti à *Zigenhayn*, annò MCCCXXXI. ^{Fuld.} cœco & populari motu impetum faciebant in vetus oppidum, Præsulis arcem cum munitissima turri proruebant sternebantque, faces injiciebant curiæ, annonam, pecus, suppellectilem diripiebant, eodemque furore Decanum, cænobitas aggressi, agebant pellebantque extra septa & domicilia, & familiari omni re despoliabant. Nec intacta à rapinis & incendiis rabiosæ multitudinis Monasteria Montium S. Petri & Deiparæ Virginis. Præsul inter hæc, cum tanto furori non par esset reprimendo, contigino noctis Ecclesiæ turres occupat, manum suorum advocat, familiam armat, & quicquid in suppellectile, vetustis scripturis, ac bibliotheca eximium & præstans, mittit in tutiora. Inde congressi cum Comitibus manu familiares Abbatis velitariâ pugnâ, LXX. stirpis probæ milites & armigeros in certamine capiunt, ipseque Comes *Joannes Zigenhaynius* ad *Schlitziium* oppidum usque fugâ elapsus, nihil propiùs ibi, quàm ut captus cederet Abbati. Reliqua tibi dicet *Christoph. Brovver*. (a)

§. XXI. Annò MCCXXIX. *Germotus* Abbas Nuenburgensis, cui *Abbas ex-* cum *Henrico*, *Ascaniæ* Comite, ob nobilem Ecclesiæ suæ *Advocatiâ* ^{cæcatus,} malè conveniebat, à Ministris Principis captus & excæcatus est. Lin-
(Eeee) gvam

(z) Cruf. P. II. Annal. L. II. (a) L. IV. Antiq. Fuld. p. 321.

gvam quoque eidem reseculissent, nisi illa violenter retracta plenam sectionem sefellisset. Quod tamen ob id impeditius loqueretur, laesam particulam per Chirursum truncari, ac partem reliquam ad naturalem modum fecit reformari. (b) Recentiores ajunt, id factum ob scortationes, quas is cum *Sophia*, Abbatissa Quedlinburgensi, exercuerat, adduntque, etiam castratum fuisse Abbatem. Crudele profecto hoc fuit facinus, & à Clericis tanti aestimatum, ut propterea sacrorum celebratio per totum Magdeburgensem Archi-Episcopatum, ac viciniam omnem suspendetur. (c) Certè nec *Gernotus*, nec *Sophia* sine criminibus fuit, itaque hæc ab *Henrico VI. Friderici II. Imp. F.* loco mota, potissimum id agentibus *Henrico Anhaltino & Hojero*, Comite Valckensteinio. (d) Verum quia *Henricus* ab *Alberto*, Archi-Episcopo Magdeburgico, excommunicabatur, Romam profectus ille, ab *Honorio III.* anathematis solutionem petiit & obtinuit. (e)

questus
Gerenrod.

§. XXII. De rapacitate & exactionibus *Hermannii*, Marchionis Badensis, *Advocati* Albæ Dominorum, vide *Documenta rediviva Monasteriorum in Ducatu Württembergico*; (f) *Advocatorum* verò Illustris Ecclesiæ *Gerenrodensis* prolixius loquitur Archi-Episcopus Moguntinus apud *Hopenrodium*. (g) Conquestæ nimirum erant Sedi Moguntinæ Abbatissa & Sorores *Gerenrodenses*, quòd *Advocati* istius Ecclesiæ tam immodicis exactionibus & servitiis aggravarent homines & colonos ipsius, ut non possint solvere debitos sibi census. Ideo Præsuli Halberstad. archipolitica auctoritate mandat violentiam illam detestabilem & corruptelam extirpare. Cùm enim nonnulli *Advocati* Ecclesiarum, prætextu defensionis, in *Advocatos* eâ conditione assumti, ut stipendiis certis & servitiis spontaneo deputatis Ecclesiarum jura, possessiones, & homines defendere deberent, facti sunt ex defensoribus offensores, & eò, quòd tam immoderatis exactionibus & servitiis aggravent homines, ut non possint propriis Dominis exsolvere debitos census suos, aliasque illicitas dividentes *Advocatas* in partes inferioribus suis, in grave Ecclesiarum dispendium, eas infeudare præsumant. Quia verò puerilem meretur amictum, qui concessa sibi abutitur potestate, statuit, quòd spontè assignatis ipsis sibi stipendiis & servitiis sint contenti, prout coram Imperio est obtentum, Ecclesiarum jura, possessiones & homines defendant & protegant,

(b) Chr. mont. seren. ad ann. 1219. p. 132. (c) id. ad ann. 1223. p. 153. (d) id. ad ann. 1224. Chron. Magdeb. Anonymi T. II. rer. Germ. Meibom. p. 330. dicit, Abbatem fuisse combustum; & Abbatissam repulsam ejectamque de castro pro suis delictis. (e) Vid. hist. Anhaltin. D. Sagittar. c. 2. §. 18. (f) p. 154. (g) in annalib. Gerenrodens. sub Mechtilde Abbatissa IX. T. II. rer. Germ. Meib. p. 435.

gant, (ut tenentur,) nihil aliud potestatis & juris sibi in eorum rebus, juribus, possessionibus & hominibus usurpantes; redintegrent *advocatas*, quas in partes dilacerasse & suis inferioribus infeudasse noscitur. Feudatarii eas occupatas dimittant. Quod si non fecerint, infra mensem, moniti per ordinarios, vel alios superiores, ipse *Advocatus*, & suus feudatarius, ad id faciendum per excommunicationis & interdicti sententiam compellantur. Dat. Erfordiae VI. Cal. Januar. anno MCCLXXXIX. Adde, quae *Brusch.* habet, (h) de *Zyriesaltensi* cœnobio agens.

§. XXIII. *Injustitiam* verò *Advocatorum* recenset *Henricus Claudus* *injustitiis* apud *Broyverum*. (i) Fuerant haec inter *Fuldensem* & *Hersfeldensem* Ec- *Advocator,* clesiam innumeræ seditiones, contentiones & homicidia. Quas ut tolleret Imperator, mandat, ut si quis ex familia utriusque Ecclesiae aliquem servorum, vel *S. Bonifacii*, seu *S. Wigberti*, insequatur, & armatâ manu ad occidendum, seu deprædandam curtem ejus, seu domum, infringat, eumque impugnet, illi, qui facti hujus dux & princeps fuerit, *corium tollatur & capilli, & utraq; maxilla ferro candente comburatur*, reliqui sequaces *cute & capillis* priventur. Si autem aliquis occidatur, seu vulneretur, autor *Weregeldum* Ecclesiae, cujus homo occisus vel truncatus est, restituat. Si verò *Advocatus* aut mercede conductus, seu misericordiâ amicorum motus, istud constitutum adimplere noluerit, *advocatione* careat, & gratiam Regni amittat, nisi juramento probarit, se invasorem reperire haud potuisse, quamprimum autem invenerit, iudicium & justitiam se facturum. *Weregeldus*, seu *Weregelda*, antiquis Germanis aestimati- *Weregeldus,* onis pretium est. In veteri Juris Saxonici speculo pretium, quò quis mortuum huius, *damit man einen Todten verbüßt/ i. e. 24. alte Schock/* est glossa marginalis. *Weregelfes*, cujus vita pretio, pro capitis sui aestimati ratione, perfoluto redimatur, putâ occulti latrocinii reus; secus autem, si manifesti. (k) Multa etiam gravamina & damna Ecclesia *S. Mariae Halberstad.* abs *Advocatis* sustinuit, ut ex privilegio *Henrici VI.* Imp. anno MCXCII. Ind. X. XIII. Kal. Mart. dat. clarius patet. (l) *De Porta*, à gravaminibus *Advocatorum* liberata, vide *M. Justin. Pertuch.* (m)

§. XXIV. Quidam igitur *Advocati* malitiam seculi expedientes, *Advocati* salutisque suae memores, spontè resignarunt, ut *Rudolfus* Comes Palati- *spontè re-* nus de *Tübingen*, qui resignabat jus *advocatiæ* *Monasterii Blaubeurensis* *signant.* Ord. *S. Bened.*, *Diocæs. Constantiens.*, anno MCCLXVII. (n) *Sigfridus*, Comes *Blanckenburgicus*, *advocatiæ Huyesburgensem* anno MCCXX.

(Eeee) 2

Sigfrido

(h) In descript. Monast. Germ. f. 184. (i) L. II. Antiq. Fuld. c. 15. (k) D. Zimmerman, analect. miscell. mens. XII. p. 663. (l) vid. D. Sagittar. Hist. Halberstad. §. 55. p. 44. seq. (m) in chron. Portens. p. 58. & 61. (n) vid. cit. Documenta redi- vira p. 916.

Frid. Sa-
piens. El.
Brand.

Sigfrido I. Abbati absolutè reddidit, approbante hoc *Friderico*, Episcopo Halberstad., qui omnem *advocatiam* sustulit, (o) gratiam hanc specialem faciens Archimandritæ, ut in *causis majoribus* e.g. *furti, raptus & sanguinis*, quas non expedit tractare religiosas personas, *mundiburdum* statuatur, qui iudicet, quæ fuerint in iudicandis, i.e. interprete *Innocentio IV.*, qui puniat *furtæ, raptus, & sanguinis vindictam requirentia*. Sed antiquata nunc hæc *Friderici Kirchbergici* sanctio, cum *Fridericus III.* Potentissimus Princeps (cui vitam & triumphos vovemus innumeros!) cuiq; suum spondeat, & largiatur, ipsique Vicario suo Dominus claves vitæ & mortis longè latèque dederit, adeoque potentiùs *Friderico Halberstadeni utroq; jure, utroq; gladio, & spirituali & temporalis gaudeat imperio*, eoque regere & defendere valeat feliciter omnes sibi subiectos. Ipsi Reges & Pontifices Romani, ut *Honorius II.* (cujus bulla data est Laterani Non. Decemb. Indiæ. XII. anno MCXXVIII. Pontificatus sui anno quarto,) omnia bona & privilegia monastica integra & quieta tantum cupiebant *salvâ Diæcesani Episcopi justitiâ & reverentiâ, salvâ debitâ Esus reverentiâ*, infit *Innocent. II.* (dat. Pisis per manum *Alverici*, S. Rom. Eccles. Diaconi Cardinal. & Cancellarii, VI. Id. Jun. Indiæ. XIII. anno MCXXXV. Pontificatus sui anno VI.) & *canonica justitiâ*, *Adrian. IV.* VI. Id. Aug. Indiæ. IV. anno MCLVI. Pontificatus sui II. & *Cælestin. III.* in bulla dat. Lateran. per manum *Centii*, S. Lucie in Orthea Diaconi Cardinal. & Cancellar. tert. Non. Maj. Indiæ. XV. anno MCXCVII. Pontificatus sui anno VII. Cum omnium rerum in hoc universo vicissitudo sit, cœnobîa utique non semper antiquam servabunt faciem. Vix autem me contineo, quin confirmationem *Innocentii IV.* subjungam.

Bulla Inno-
cent. IV.

Innoentius Episcopus, servus servorum DEI, Dilectis Filiis Abbati & Conventui Monasterii de *Huysborch*, Ordinis Sancti Benedicti, Halberstadeni Diæcesis, salutem & Apostolicam benedictionem. Ex parte vestra fuit propositum coram Nobis, quod claræ memoriæ *Sifridus*, Comes de *Blanckenborch*, vestri Monasterii *Advocatus*, prudenter attendens, quod *Advocatus* Ecclesiæ idem intelligi debeat quod *defensor*. Quia tamen nonnulli, obmissio *defensionis* effectu, retinentes nomen improprie *Advocati*, frequenter Ecclesiis magis obsunt quàm profunt, plus sunt oneri quàm honori, & per quos debent defendari Ecclesiæ, multociens molestantur, ac per hoc volens in posterum indemnitati dicti Monasterii præcavere, *Jus advocatiæ*, quod in ipso habuerat, in manibus quondam S. Prædecessoris tui similiter Abbatis liberè & perpetuò resignavit: nihil in eo suis heredibus penitus reservando. Unde bonæ memoriæ F. Episcopus Halberstadeni, Diæcesanus vester, sui Capituli accedente consensu,

(o) Vid. §. 18.

senſu, duxit deliberatione provida proteſtandum, ut nullus de cetero *ius advocatiæ* ſibi vendicat in eodem, concedens vobis poteſtatem, eligendi perſonam, quæ *mundiburdus* vulgariter nuncupatur, quæ puniat furta, rapinas, & quæ ſanguinis vindictam requirunt; quæ per Religioſos non eſt licitum exerceri, prout in literis inde confectis plenius continetur. Quare Nobis humiliter ſupplicâſtis, ut, quæ ab ipsis, Epifcopo & Comite, facta ſunt in hac parte, Apoſtolicò curatè munimine corroborari. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, reſignationem, ſtatutum & conſeſſionem hujusmodi, ſicut providè facta ſunt, auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio cõmunimus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumerit, indignationem Omnipotentis DEI & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Lugduni XIII. Kal. April. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

§. XXV. At *Sigfridi Blanckenburgici* heredes bolum iſtum agrè ſibi *vastatio Ecclie* patiebantur eripi. Ideò *Henricus* Comes Eccleſiam *Huyesburgensem* & *cleſiarum Halberſtadensem* rapinis & incendiis anno MCCXLIX. miſerè vaſtabat. *Meinhardus* verò Epifcopus *murum & clipeum* ſe oppoſuit ad libertatem Monafterii ex integro conſervandam. Interim *Ludolfus*, Abbas Huyesburgensis XI. Eccleſiæ Halberſtadenſi CL. marcas pro damno, abs *Henrico* illato, reſtituiſſe dicitur.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. *Meynardus*, DEI gratiâ *lit. Mein-* Halberſtadenſis Eccleſiæ Epifcopus in perpetuum. Notum ſit omni- *hardi Epi-* bus tam præſentibus quàm futuris, quòd cum Comes *Hinricus de Blan-* *ſcopi.* *ckenborch* Eccleſiam *Huyesburgensem* Nobis in DEO dilectam hoſtiliter invaſerit, eam rapinis & incendiis devaſtando, volens ſibi *ius Advocatiæ* in eadem Eccleſia temerè vendicare, Nos jamdictam Eccleſiam, Nobis in animam commiſſam, indebitè devaſtari & gravari conſpicientes, volentes quoque ipſi Eccleſiæ debitâ ſollicitudine providere, Nos & Eccleſiam noſtram pro defenſione ipſius Eccleſiæ *murum & clipeum* expoſuimus, ad libertatem ipſius ex integro conſervandam, ab omnibus Antecelloribus noſtris ſibi conſeſſam, & præcipuè à Venerabili Patre, Domino *Frederico* Epifcopo collatam, nec non à Sanctiſſimo Patre Domino Papa *Innocentio* confirmatam, poſt placita diverſa & expenſas non modicas, à memorato Comite damnum maximum ſuſtinuimus & jacturam. Itaque cum prædictum Comitem, poſt labores plurimos & expenſas, revocaſſemus à læſione dictæ Eccleſiæ, licèt difficulter, dictus Comes per compositionem amicabiliter inter Eccleſiam & ipſum factam, renun-

renunciavit penitus omni actioni & petitioni, si quam contra ipsam Ecclesiam super tali Advocatia videbatur habere. Quare Dilectus Nobis in Christo *Ludolfus*, Abbas Ecclesie, pro sui benivolentia, damnum Nobis, pro libertate Ecclesie suae, illatum, considerans & attendens, quasi *Vir providus & discretus*, cum Nos cerneret obligatos, tamen liberaliter & hilariter nostris & Ecclesie nostrae subvenit indigentis, in C.L. marcis, nostris in ea damnis & expensis, pro Ecclesia sua habitis, respondendo, ita tamen, ut de praedicta pecunia castrum & villicatio in *Scheninge* ad usus nostrae Ecclesie redundarent, & haec Ecclesie *Huyesburgensi* sint in testimonium perpetuum & munimen, si; quod absit, aliquis Successorum nostrorum contra ipsam Ecclesiam praesumeret malignari. Nos pro DEI & Gloriosae Genitricis ejus reverentia & honore praedictam *Huyesburgensem* Ecclesiam in eadem libertate, qua sub nostris viguit Antecessoribus, volentes liberam conservare, nec unquam confirmationem Domini Papae *Innocentii*, super ipsius libertate datam, infringere praesumentes, scripti nostri munimine, nostro & Ecclesie nostrae sigillis roborare ac testimoniis, ipsam profus liberam, nec unquam, propter blandas amicorum preces, aut munera excoecantia, vel de alio quocunque cuiquam hominum infecundari licitam protestamur. Hujus rei testes sunt *Hermannus* Praepositus, *Wigkerus* Decanus, *Borchardus* Vice-Dominus, *Cono*, *Rodolfus*, Portenarius, *Volradus* Scholasticus, *Evervinus* Praepositus S. Bonifacii, *Ludolfus*, *Wittekindus*, *Heinricus*, *Hermannus*, *Christianus*, *Borchardus*, *Gerardus*, *Leutfriedus*, *Fredericus*, *Hermannus*, *Ludegerus*, *Joannes*, *Ludolfus*, *Otto* de *Vipech*, *Otto* de *Hertbeck*, & *Otto* de *Ircksleve*, Majoris Ecclesie nostrae Canonici; *Tidericus* Decanus S. Mariae, *Gevehardus* de *Wernigrode*, *Fredericus* de *Kerberch*, Comites: *Hinricus* de *Eylensted*, *Hinricus* de *Ceringe*, *Fredericus* de *Hersleve*, *Conradus* de *Lere*, *Hinricus* & *Tidericus* de *Quensted*, *Conradus* de *Halberstad*, *Gevardus* de *Stage*, *Nicol.* de *Hoym*, *Olvicus* de *Hordorp*, *Hinricus* de *Veltem*, Milites, Ministeriales Ecclesie nostrae, & alii quam plures. Et ne talis ipsius Ecclesie libertas ab aliquo in posterum calumpniari valeat vel infringi, eam confirmavimus banno nostro, sub poena excommunicationis districtius inhibentes, ne quis contra eam temere venire praesumat. Si quis autem praesumerit, indignationem DEI Omnipotentis & excommunicationis laqueum se noverit incurrisse. Actum & datum Halberstad anno Gratiae MCCXLIX. XVI. Kal. Jun. Pontificatus nostri anno VIII.

renunciatio
Advocat.

§. XXVI. Demum anno MCCLI. *Sigfridus* *Blanchenburgicus* in placito generali ad *altam arborem*, bey *m hohen Baum* omni juri, si quod in *Advocatiā* habere visus est, liberaliter nec non affectu sincero aeternum renunciavit.

Sigfridus,

Sifridus, DEI gratiâ Comes de *Blanckenborch*, in perpetuum. Quoniam
 ea, quæ circa temporalia fiunt & ordinantur, negotia per intervallum
 temporis à memoria hominum elabuntur, nisi voce testium stabilita fu-
 erint & firmata, præterea vivaci littera commendata, nec non sigillorum
 appensionibus æternata. Idcirco ad futuri temporis dubium penitus re-
 movendum, & quodquod ambiguum posteritati venturæ omnimodè am-
 putandum, ea, quæ per Nos rationabiliter sincero fiunt ex affectu, scriptis
 dignum duximus commendare. Noverint igitur tam præsentibus quàm
 futuri, quòd cum *ad altam arborem*, placitis ibidem generaliter indictis,
 cum Principibus & reliquis terræ Nobilibus essemus & Nos pariter con-
 stituti, præsentibus Viris Nobilibus & Honestis, videlicet Domino *Meynar-*
do, Venerabili Halberstadenſi Episcopo, *Wigero* Decano, *Volrado* Præ-
 positro Walbicensi, Canonicis Halberstadenſibus: Laicis verò *Burchardo*
 de *Querenworde*, *Burchardo* Filio ipsius, dilecto consanguineo nostro,
Otrico Comite de *Regenstein*, & *Gevehardo*, Comite de *Wernigrode*, in
 præsentia Domini *Ludolfi*, Abbatis Ecclesiæ *Huyesburgensis*, & *Tiderici* de
Alpenstede, Monachi Ecclesiæ ejusdem, recognovimus in aperto, nihil
 omninò juris in *advocatia* prædictæ Ecclesiæ Nos habere. Et renunciamus
 ex toto liberaliter & sincerè omni juri, si quod habemus in eadem, hæc
 fide bonâ nec non affectu sincero coram prædictis publicè protestantes.
 Igitur Nos, ad cautelam magis habundantem, ne Ecclesia scæpedicta ca-
 lumpniis, seu verficiis nostrorum hæredum inquietari, sive dispendio
 molestari valeat in futurum, animæ nostræ salutem, prout tenemur, ex de-
 bito duximus consulendum, nec non eidem Monasterio solerti industria
 ex integro præcavendum, & præterea ab heredibus nostris omnem suspi-
 cionis notulam abcidendam, & radicibus extirpandam, bonâ delibera-
 tione ac provida cuilibet prorsus impetitioni, quemadmodum in loco
 supra dicto, *ad arborem* videlicet, recognovimus, sic nunc in perpetuum
 renunciâsse, Nos integraliter profiteamur. Insuper actioni qualicumque
 & juri omni, si quod in præmissæ Ecclesiæ *advocatia* visi fuerimus ha-
 buisse, filiis nostris *Hinrico*, *Sifrido*, *Hermanno*, *Burchardo* præsentibus
 voluntarium arbitrium & assensum. Hujus rei testes sunt *Otto*, Comes
 junior de *Valeckenstein*, *Sifridus* de *Ditvorde*, *Arnold* de *Sandberg*, Mi-
 lites nostri Castrenses. *Gerardus*, Clericus Domini Abbatis de *Huyes-*
borch, Notarius, cujus præsens autenticum est conscriptum, & alii quàm-
 plures. Et ut talis renunciatio *Advocatie* Ecclesiæ videlicet supra dictæ
 rata, inconvulsa, irrefragabilis, & stabilis omni tempore permaneat &
 consistat, & ab omni inquietatione, impugnatione, & impetitione Suc-
 cessorum nostrorum heredum sit libera æternaliter & secunda, prænomi-
 nata Ecclesiæ in robur validum & testimonium sufficiens præsentem li-
 teram

teram erogamus appensione nostri sigilli validissime comunitam. Actum & datum Blanckenborch anno Dominicæ Incarnationis MCCLI. XIII. Kal. Maji.

Advocati
Huyzburg.

§. XXVII. Fuit igitur primus cœnobii *Huyzburgensis* Advocatus *Fridericus*, Comes Palatinus Saxonie & Sommerleburgicus, abs *Alfrido*, Abbate secundo, electus. *Otto* postea, quintus Abbas, constituit *Wilerum*, Militem *Eylenstedensem*; Quò defuncto *Henricus* I., Abbas septimus, substituit *Sigfridum Blanckenburgicum*, spontè sub *Sigfrido* I. Abbate decimo resignantem. Ut igitur prisca temporibus munus *Advocatorum* latissimum erat, jurisdictionis *civilis & criminalis* administrationem complectens: ita progressu temporis Abbates illam ipsam usurpare cœperunt, solâ *criminali* Advocatis relicta, quam pro arbitrio Abbates & Episcopi ad tempus in eos detulere, seu fendi loco concesserunt. *Albertus* verò, Landgravius Thuringie, quem *ἄστυγοῦ* vocant, seu *degenerem*, liberam pronuncians villam *Flemingen* à gravamine *Advocatorum*, concessit Fratribus *Portensibus* *judicium sanguinis* (*Halß-Gericht*) in ea villa. (p) Literæ datæ sunt in *Porta* anno MCCLXXVII. VI. Id. April. testibus *Sigfrido* de *Hopfgarten*, *Henrico* de *Colemas*, *Hainemanno* de *Haine*, *Henrico* de *Schönbergk*, *Frederico* de *Schönbergk* Militibus, & *Marquardo* Sub-Notario, & aliis fide dignis. Idem jus confirmavit *Fridericus* III. (q)

Advocati
Padeb. pœ-
nitentia,

§. XXVIII. *Wittekindus*, Comes *Waldeccensis*, *Advocatus* Ecclesie *Padebornensis*, facti sui injuriæque, Episcopo irrogatæ, pœnitens, omne damnum per prædas Ecclesie *Padebornensi* illatas liberaliter compensavit. Quippe inter ceteros *Westfalie* Proceres nomen militiæ sacræ professus, priusquam iter ingrederetur cum Imperatore, acceptis ab Episcopo *Bernardo* CCC. marcis, non modò *Advocatiæ*, sed & cetera bona juræque, quæ clientelari titulo à *Padebornensibus* tenebat, in modum pignoris deposuit in manum Episcopi, ita ut si in expeditione mori contingeret, ipsa *Advocatiæ* cum omnibus prædiis ac bonis cederet Episcopo, liberumque ei esset, *Advocatum* ex cathedralis Collegii consensu deligere, quem vellet; nec in feudum dare necessum haberet, ne quid fratres aut consanguinei obtendere possent in successione hujus tutelæ. Iplas tabulas exhibet *Schatenius*. (r) *Advocatiæ* hæc, mortuo *Wittekindo*, post quadriennium ab *Henrico* VI. Imp. pleno & confirmato jure asserta est Episcopo *Padebornensi* *Francof.* MCXCIII. Indiæ. XI. II. Idus Decembr. (s)

Advocati
minorum
varum,

§. XXIX. Extensum aliquando *jus advocatiæ* ad minutiora, e.g. ad mansos aliquot, & Ecclesias paganas &c. Anno MCCXLIV. Non. Nov.

(p) Chron. Portens. Pertuch, p. 56. (q) Id. chron. p. 65. (r) T. I. Annal. Padeborn. ad ann. 1189. p. 883. seq. (s) Id. l. c. p. 896.

Nov. Pontificatus sui anno III. mandat *Meinhardus*, Episcopus Halberstadenſis, *Ludolfo*, Abbati Huyesburgenſi, cunctisque ſuis ſucceſſoribus, in virtute Sanctæ obedientiæ, ne *advocatiã* octo manſorum in *Roſten* nuñc, ſeu in futurum vacantem, alienare, obligare, vel infeudare præſumant. Dat. Langenſtein Año MCCLVII. *Volradus*, Episcopus Halberſtadenſis, cum conſenſu Capituli, ſolutam *advocatiã* duorum manſorum *Serckſtedii* cœnobio Huyesburgenſi contulit. Cujus rei teſtes erant *Fredericus*, Comes Kirchbergicus, *Volradus*, frater Episcopi, de Cranechfeld, *Hinricus* de Hordorp, *Jacobus* Geventhulſen, *Hinricus*, cognomento Ylenborde, & alii. Cùmque quidam minùs providi jus cujuſdam *Advocatiæ* in prædictis manſis ſibi vendicarent, eamque à Comitibus Wernigerodanis ſe in feudo tenere aſſererent, *Fridericus* & *Conradus* Comites, ſuo ſuorumque heredum nomine, omni juri renunciabant, ut plenius habetur in literis :

F *Fredericus* & *Conradus* DEI gratiã Comites in *Wernigerod*, Universis præ-
ſentia viſuris, ſeu auditoris, cum ſubſcriptorum notitia prospera ^{lit. Comit.}
ſemper frui. Cùm rei geſtæ veritas ambigitur, error gravis ſæpiſſimè ^{Wernigerod.}
generatur. Noverint igitur univerſi, quòd cùm in DEO devotus Abbas,
& Conventus Monasterii S. Mariæ Virginis in *Huyesborch*, duos manſos
cum dimidio cenſuales, ſitos in campo *Slanſted*, à Monasterio in *Ringe-*
lem emtionis titulo ritè & rationabiliter emiſſent, quidam minùs providi,
& forſan per errorem, jus cujuſdam advocatiæ ſibi in prædictis bonis
vendicabant, quam à Nobis ſe tenere in feudo perhibebant. Nos
verò, ob honorem ejus, quam Filius nihil negans honorat, ac ad instan-
tiam Abbatis & Fratrum in dicto *Huyesborch* DEO religioſè militantium,
de beneplacito & voluntate omnium heredum & coheredum noſtrorum,
quorum ad hoc merum & verum conſenſum habuimus & habemus, re-
nunciamus vice & nomine noſtro, ac eorum, liberè & abſolutè omni juri
ac *advocatiæ*, ſi quod, vel ſi qua nobis in prædictis duobus manſis cum
dimidio hæctenus competeſcit, volentes, ut prædicti Abbas & Con-
ventus dictorum duorum manſorum cum dimidio poſſeſſionem quietam, ac
ab omni *Advocatiæ*, onereque & jugo ſervitutis cujuſlibet liberam, paci-
fici perfruantur, eorum orationibus nos ſuppliciter commendamus. In
quorum omnium evidentiam atque robur, ſigillorum noſtrorum appen-
ſionibus roboramus præſens ſcriptum. Teſtes etiam hi exiſtunt Domi-
nus *Aſchvvarus* de Mynſleve, Dominus *Joannes* de Goſlaria, Dominus
Petrus de Symenſtide, & plures alii fide digni. Datum Wernichrod
anno Domini MCCCXXVI. in die S. Blaſii, Episcopi & Martyris
pretioſi,

*Advocacia
Ecklensis,*

§. XXX. Autor *Demonstrationis chronologicae* scpius à nobis citatæ (t) pro assertione juris sui Diœcelani allegat *Burcardum de Assenburg*, pro se suisque heredibus, cum consensu fratris sui *Bertholdi*, Præpositi in *Bustorf*, & Archi-Diaconi *Hüxariensis*, dimittentem pro XL. marcis denariorum *Braclæ* & *Hüxariæ* legalium *Advocatiæ*, quam habebat in parochiam *Ecklen*. Hæc parochia sita quidem in Diœcesi *Padebornensi*, collatio tamen ejus ad *Corbeiam* spectat, non secus ac parochia *Thulen* in territorio *Colonensi*, cujus collatio etiam ad *Corbeiam*, jus verò Archi-Diaconatus ad Prælatum *Abdinghofensem* intra *Padebornam* pertinet. Nec tantillum impedit, quod hic & iste *Archi-Diaconus*, seu *Vice-Archi-Diaconus* nominetur. Quæritur, an hujusmodi Archi- & Vice-Archi-Diaconi (qui tamen simplices erant Presbyteri) abs Abbate, seu Episcopo fuerint constituti? Sic autem est cum advocatia ista *Ecklensis*. *Burcardus* ab *Assenburg* Miles, cum præcitu & consensu conjugis suæ *Agnethæ*, & filiorum *Burcardi*, Canonici Majoris, *Egberti*, Canonici SS. Petri & *Andree* Apostolorum intra *Padebornam*, *Joannis*, Canonici ad D. Petr. intra *Hüxariam*, *Bertholdi* & *Weneri*, nec non filia suæ *Sophiæ*, omniumque aliorum heredum, annò *MCCCXI*. vendidit *Henrico*, Plebano in *Ecklen*, & Ecclesiæ ibidem pro XL. marcis denariorum *Braclæ* & *Hüxariæ* legalium, totam *Advocatiæ*, cum omni jure & pertinentiis, in & extra villam sitis. Et quia hanc *Advocatiæ* Dominus *Assenburgius*, ab *Hermannno*, Comite *Pyrmontano*, hic verò à *Corbeia* in feudum acceperat, idè hunc contractum venditionis prænominatus *Assenburgius* fecit, consentiente *Hermannno* Comite, ejusque Filio *Hildeboldo*, præsertim verò *Ruperto Horobusto*, Abbate *Corbeiensi*, totoque Capitulo suo, tenore literarum desuper *Braclæ* & *Hüxariæ* confectarum, quas Consules & Senatus ibidem unà cum *Bertholdo*, Præposito Ecclesiæ *Orientalis Padeborn.* & Archi-Diacon. *Hüxar.*, *Burcardi* fratre, subsignarunt. Hinc anno sequente *MCCCXII*. laudatus Abbas *Rupertus*, ipsam Ecclesiam *Ecklensem*, ejus dotem, & omnia bona, in & extra villam sita ubicunque, tam habita quam habenda, atque homines eadem colentes, ab omni *Advocatiæ* onere, & ab omni angariarum & perangariarum turbatione immunes fecit, & perpetuo libertatis jure ac commodo frui voluit.

Claves monast. Advocat. dicitur,

§. XXXI. Olim Monasteria libera *Advocatis* & Protectoribus suis, imò quandoque etiam aliis, *claves* tamdiu tradebant, quamdiu ipsi ibidem permanebant. Sanè Prælati *Herbertingensis*, quando *Ehingorum Ulnensium* (Fundatorum alicujus in templo ibidem capellæ) aliquis eò venerat, eì obviam procedens *claves* cœnobii tradidit. (u) Comites *Wertheimenses* asserunt, se in Monasterio *Grumbacensi* tanquam Protectores,

(t) §. 31. (u) Vid. *Crus. annal. Svec. P. II. Lib. XII. c. 6. c. f.*

Stores, Abbatia vacante, jus *clavium* habere, ita, ut si Abbas ibi moriatur, Comes Wertheimensis vel ipse, vel per suos, monasterium, *claves*, & ea, quæ ad Abbatem pertinerunt, in custodiam suam recipiat, & tamdiu, donec alius Abbas electus fuerit, retineat. (w) Olim quoque Nobiles de Kemnat, ceu *Advocatos* Monasterii *Irsin*, eò venientes, *claves* à Prælato postulasse, & ad se recepisse, refert autor, Ob die *Reichs. Dogrenen* wieder einzuführen sind? (x) ubi etiam addit: *urbarium* quoddam vetus pagi *Riedöschingen* in der *Baar* extare, quò asseratur, quòd si Dominus pagi istius, ein *Bogt. Herr* moriatur, & alius *Lindaviam* veniat, & ab Abbatissa *Lindaviensi* feuda eò pertinentia recipiat, Abbatissa ista ipsi *claves* per noctem & diem, *ad panis & vini custodiam*, in Monasterio tradere teneatur.

§. XXXII. Interim salva manet in omnibus Imperatoris *Advocatia* ^{*Advocatia*} *Majestatica* ^{*Imperialis*} *suprema* & *universalis*, quæ ossibus illius arctissimè inhæret, nec ab eo avelli potest, factò aliquo tertii; sed *Imperialis* superioritas in possessionibus omnibus, ac bonis immobilibus quibuscunque, tam propriis, quàm alienis, tam feudalibus, quàm allodialibus, etiam Ecclesiis concessis, salva & exempta semper & ubique manet, uti ex *Thom. Michaël*. (y) repetit *Joann. Christoph. Thill*, *Dosoniensis*, in sua de *Advocatia Imperat. Ecclesiastica* disp. inaugurali, *Jenæ* sub umbone *Slevogtiani* habit. anno 1690. (z) Ideo Electus Romanorum Rex & Imperator in capitulationibus initio statim *artic. I.* juratò promittunt: se *populum christianum*, *Sedem & Pontificem Romanum*, & *Ecclesiam christianam*, tanquam eorum *Advocatos*, protecturos esse. Vide capitulationem *Caroli V.*, (quæ antiquiorem non habemus,) *Ferdinandi I.*, *Maximiliani II.*, *Rudolphi II.*, *Matthiæ*, *Ferdinandi II.* III. & IV. Augustissimi *LEOPOLDI & JOSEPHI*, quod etiam in capitulatione perpetua insertum legitur *artic. I.* incip. *Der erwehste Römische Kaiser und König sol und wil die Christenheit / den Stuhl zu Rom / Päpstliche Heiligkeit / und Christliche Kirche / als derselben Advocat / in gutem treulichen Schutz halten &c.* Huic obligationi conveniens & illustre exemplum nuper dedit Inviçissimus *LEOPOLDUS*, (cujus consilio *Leopoldina*, & *industria* cuncta porro eveniant feliciter!) dum omnem curam & sollicitudinem in hanc partem Reip. traxit, ut Ecclesiæ *Metropolitane Coloniensis* ejus autoritate præficeretur Pastor & *Archi-Episcopus*, qui *idoneus doctrinæ & moribus*, *pacis præterea & concordia amans*, *Legibus Reip. assvetus*, *Cæsari & Imperio fidus*, *potentiâ etiam validus* existeret. Hoc ipsum sanè est, quò provocavit Excellentissimus Cæsaris Legatus in propositione *Capitulo* exposita, dum expressè pro comperto attulit, *Cæl. Maj. sui muneris*,
(FFFF) 2 *Advocatia*

(vv) Vid. autor. des *Wertheimischen Gegen-Berichtes wider Würzburg* t. 3. f. 40. Add. *Mager. de Advocat.* c. 10. num. 279. (x) p. 106. (y) de *jurisdic. conclus.* 25. (z) thes. penult.

Advocatia putâ, sibi in Ecclesiis Germaniæ competentis, duxisse Capitulo exponere, quòd Archi-Episcopatu huic Electoralis dignitas annexa sit, quam conservare, nec ulli discrimini objicere oporteat. (a) Divina igitur vox *Augustini*: (b) *Debes Imperator incunctanter advertere, Regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiæ præsidium esse collatam.*

Carolina,

§. XXXIII. Quid? quòd *Carolus M.* cum *Advocatia* Romana Ecclesiæ accepit simul, censente *Limnao enucleato*, (c) politicam administrationem omnium bonorum temporalium, Ducatum scilicet, Principatum, Dominiorum & territoriorum, Ducatum scilicet, Principatum, Patriciorum, aliorumque Principum beneficio Ecclesiæ obvenerant, quorum donationes Ipse *Carolus* partim confirmavit, partim auxit & ampliavit. Quod posteriores *Cæsares* minime animadvertentes, *Advocatiæ* Ecclesiæ de ruitione & propagatione universalis Ecclesiæ, seu religionis christianæ, interpretati sunt, quam illi, non *advocatiæ* nomine, quæ propriè ad possessionum secularium gubernationem attinet, sed *Pontificatus maximi* titulo ac privilegio habuere, ut patet ex rescripto *Leonis IV.* ad *Lotharium* Imperatorem. Cùm tempore *Henrici V. Paschalis II.*, nescio quò religionis & justitiæ zelo percitus, Ecclesiis, eorumque Prælati, *regalia*, i. e. interprete ipso, Civitates, Ducatus, Marchias, Comitatus, telonia, mercatus, *advocatiæ* &c. abjudicaret, Imperioque restitui juberet, (d) in faciem illi restitit *Conradus, Salisburgensis* Archi-Episcopus, nomine reliquorum Antistitum, clamans: hujusmodi *Paschali* non competere, neque se vectigalia, oppida &c. à majoribus suis quaesita, sibi que relicta, ac seculis aliquot possessa, alteri cessuros esse.

justitia Paschalis,

Advocati rationem reddant,

bona mobilia defunctorum ad Fiscum Imperialem pertin.

§. XXXV. Constat etiam ex *Stumpfio*, (e) *Lehmanno*, (f) *Wurfio*, (g) aliisque, hujusmodi *Advocatos* olim Imperatoribus de bonis istis Ecclesiasticis rationem reddidisse, hanc imprimis ob causam, ut reditus Imp. essent cogniti, & si bella contra paganos, aliosve Imperii hostes gerenda forent, iis, pro cujusque facultate, collectæ & tributa, ad expeditiones pro communi Reip. christianæ salute instituendas, imponerentur. (h) Inò à *Caroli M.* usque ad *Otonis IV.* tempora defunctorum Episcoporum & Abbatum bona mobilia, vel se moventia, ad Fiscum & Cameram Imperialem pertinuisse, fusiùs probat *Lehman*. (i) Et *Henric. Meibom.* senior (k) tabulas Imperiales profert, in quibus *Alberto Magdebur-*

(a) Zach. à Bona casa in tr. edit. de Archi-Episc. Colon. Conf. Thill. l. a. (b) epist. 79. ad Leonem Augustum, (c) L. I. c. 3. §. 18. (d) vid. Dodech. append. ad ann. 1110. (e) chr. Helvet. L. V. c. 3. (f) chr. Spir. L. II. c. 36. (g) chron. Basileens. L. I. c. 5. (h) Mager. de Advocat. c. XI, num. 6. seq. (i) chron. cit. L. V. c. 67. (k) apol. pro Oton. IV. Imp.

deburgenſi, ejuſque Suffraganeis, ſpecialeſ gratiam faciens, proventus defunctorum, jure antiquo Imperio cedentes, iſtis donat & remittit. Cùm igitur (eſt vox Auguſti) ex antiqua & antiquata conſuetudine omnium Episcoporum decedentium, qui de jurisdictione ſunt Imperii in quibuſcunq, red- ditibus reliquia Fiſco cedere debeant Imperiali, ob ſinceram dilectionem memo- rati Archi-Episcopi, ejuſq, perſona reverentiam, Succelloribus, dummodo à præ- ſenti toga carnis exeunt, & omnium Suffraganeorum ſuorum Subcelloribus, in perpetuum concedimus, ut omnes proventus Episcopales, qui defunctis Episco- pis Imperio cedere conſueverunt, deinceps ad uſus ipſorum colligantur, & collecta referrentur, ſtatuentes, ut ſi decedentes Episcopi aliquibus debitis fuerint innodati, ea exinde perſolvantur. Acta ſunt hæc anno MCCIX. Indiçt. XII. Dat. apud Brunſvic per manus Walteri, Regaliſ Aulæ Proto-Notarii, XIV. Kal. Junii. Plura de Advocatis dabunt tibi alii. (1)

§. XXXIV. De advocatia S. Viti, quâ hodienuſ Imperator Præ-Advocatia ſilem Corbeienſem ſpecialiter donat, adeoque munus ac titulum Advoca- S. Viti, cati & Cuſtodis perpetui ſacrorum S. Viti lipſanorum, quo à Conrado III. olim Abbas Wicholdus per aureum donationis Cæſareæ annulum inſignitus fuit, ex innata Imperiali beneficentiâ itidem laudat, approbat, confir- mat, & innovat, in ſingulari diſſertatione prolixius egimus, ad quam, ſi velit, Lectorem remitto.

§. XXXV. Ceterum de rapacitate & injuſtitia Oeconomorum lectu Oeconomor. dignæ ſunt tabulæ Imperiales, quas licet olim protulerim, cùm tamen iniquitas, valde vitiatas tibi reddiderit typographus, placent eas hîc emendatioribus ſiſtere.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Conradus, divinâ favente lit. Conradi Clementiâ Romanorum Rex ſecundus. Si paci & tranquillitati Ec- Imp. cleſiarum Dei piâ & benignâ ſollicitudine proſpicimus, hanc viciffitudi- nem Nos à pio Creatore noſtro acceptate ſperamus, ut & Regni, Nobis à DEO commiſſi, gubernacula in hoc tempore cum pace & tranquillitate poſſidere valeamus, & poſt regnum hujus temporis in regno æternæ be- atitudinis requiem apud juſtum Judicem inveniamus. Notum igitur eſſe volumus univerſis Regni noſtri fidelibus, tam præſentis quàm futurae ætatis, hominibus, qualiter dilectus & fidelis noſter Wicholdus, Corbeien- ſis Abbas, multimodâ neceſſitate ipſius Monasterii compulſus, expo- ſuit in auribus Clementiæ noſtræ incommoditates & injurias, quas à Dapiſeris & Pincernis ſuis quidam Prædeceſſores ejus ſuſtinuerunt, & ipſe (Ffff) 3 à die

(1) Weber. de jure Patronat. p. 69. ſeqq. Pautmeiſt. de Jurisdic. Imp. Rom. L. II. c. 10. num. 22. ſeqq. Reinking. de Regim. S. & E. Claſ. II. c. 9. h. 79. Limb. enu- cleat. L. I. c. 4. p. 21. Bangert. in not. ad L. III. Chron. Slav. c. 18. Mager. & Chokitt l. c.

à die Prælationis suæ in eodem Monasterio passus fuit. Siquidem *Dapiferi & Pincerne*, & reliqui, qui ministerii locum in domo Corbeienfis Abbatis tenent, quam dignitatem vulgari nomine *Officia* appellant, quasdam abusiones in eisdem *Officiis* sibi usurpaverunt, ut videlicet omnia victualia & universam substantiam domus Domini sui sub custodia sua teneant, & cui placuerit, his, inconsulto Domino suo, eadem bona servanda & passim distribuenda conferant, tantamque potestatem in istis *Officiis* sibi asserere conantur, ut Dominis suis palàm & quasi de jure suo prohibeant, ne *claves & custodiam rerum suarum alicui committant*. Solent enim de rebus Dominorum suorum proprias familias alere, ac milites suos pascere in tantum, ut in propriis domibus plerumque aut tanta, aut etiam plura, quam Domini sui de facultatibus eorum, quas debuerant, servare expendant, & in dissipandis bonis eorum modum omninò nullum teneant. Hujusmodi ergo superfluas & damnosas rerum suarum dissipationes, cum prænominatus fidelis & dilectus noster *Wicboldus*, Corbeienfis Abbas, de eadem domo eliminare, ac domum suam, secundum honorem DEI & propriam utilitatem, ordinare tentasset, quidam de Ministerialibus ejus *Rabano*, qui tunc *Officium Dapiferi* administrabat, cum fratre suo *Luidolpho*, & paucis consanguineis suis, multum ordinationi ejus refragatus est, atque cum multa comminatione assererat, quòd potestatem officii sui, quam hactenus in domo illa exercuerat, nunquam, dum viveret, relicturus esset, ita, ut sub imperio suo essent universa victualia Domini sui, ac potestatem de iis haberet tribuendi, cui vellet, nec dati aut accepti aliquam rationem Domino suo reddere, nec *claves rerum suarum alicui servare liceret*, nisi quem ipse ordinasset. Hæc itaque contradictio inter Ministeriales Corbeienfis Ecclesiæ à præfato Abbate, Domino suo, ventilata est, & per judicium eorum tam eidem *Rabano*, quam omnibus, qui hujusmodi dominationem sibi de bonis Domini sui usurparent, omnis potestas de committendis clavibus, & de custodia rerum Domini sui abjudicata est, hancque potestatem Abbati Corbeienfi præscripti ex ea sententia judicii unanimitè adjudicaverunt, ut *claves & custodiam rerum suarum liceret ei committere*, absque consilio *Dapiferi & Pincerne*, cuiuscumque voluisset. *Dapifero* autem & *Pincerne* tale judicium adjudicaverunt, ut in victualibus Domini nullam potestatem dandi, absque voluntate ipsius, prorsus habeant, sed cum Domino suo, secundum debitum officii sui, ad mensam servierint, hanc dignitatem de officio suo consequantur, ut, respectò Domino suo, ad mensam ejus cum ceteris ministris de bonis Domini sui resiciantur, & præter hanc, nullam aliam potestatem de rebus ipsius exercent. Huic comparium suorum judicio cum idem *Rabano* acquiescere noluisse, prædictus fidelis noster Corbeienfis Abbas apud Clementiam nostram impetravit,

travit, quod in plena curia nostra, quam *Spira* celebravimus, iudicium super eodem verbo à Ministerialibus Regni sciscitati sumus, qui etiam in conspectu nostro & Principum Regni, idem iudicium, quod Corbeientes invenerant, pari consensu asseruerunt. Aliam præterea molestiam idem *Rabano* Fratibus, qui DEO serviunt in Corbeienti Monasterio, irrogare præsumsit, quod videlicet *infra muros & ambitum cimiterii ejusdem Ecclesie hereditariam mansionem sibi vendicavit*, super qua mansionem cum satis fuisset commonitus tum à Domino suo, tum à Fratibus Monachis, tum à comparibus suis, quatenus ab ea desisteret, noluit eorum salutaribus monitis obtemperare. Unde Ministeriales Corbeientis Ecclesie iudicii sententiam interrogati, abjudicaverunt tam ei, quam omnibus secularibus, beneficium in atrio Ecclesie, & quod aliquis Abbatum tale beneficium potuerit præstare. Cum adhuc reluctaretur, Nos item rogati à fidei nostro prædicto Corbeienti Abbate, cum interrogassemus Ministeriales nostros super eodem iudicio, abjudicaverunt ei, in conspectu nostro & Principum, *infra atrium Ecclesie*, omnem hereditariam mansionem, & omnibus Abbatibus & Monachis talis beneficii concessionem. Orta est nihilominus & alia temeritas ab eodem *Rabanone*, quod intra muros Corbeientis Monasterii quandam similitudinem dignitatis sibi hereditario jure vendicabat, quam *Præfecturam* appellabat, & se *Burgravium* appellari faciebat, cum omnes Abbates ejusdem Monasterii hanc potestatem semper sub se habuerint, ut quicquid à suis intra muros delinqueretur, aut ipsi corrigerent, aut *Camerario*, vel *Dapifero* suo, seu alicui de familia sua corrigendum absque ulla potestate, in perpetuum mansura, committerent. Hac autem potestate præfatus *Rabano* in tantum usus fuit, ut eam vulgari nomine appellavit *Burckbahn*, & secundum morem alicujus magnæ potestatis, sæpe *infra muros* placitaret. Et hujusmodi placita *Burckding* appellabat. Ad hæc placita famuli Fratrum Monachorum de *coquina*, & de *pistrino*, seu de quolibet eorum servitio cogebantur venire. Qui etiam si propter impedimenta servitii Fratrum occurrere non poterant, violenter & contumeliosè à famulis ipsius pertrahebantur, & panem & escam fratrum imperfectam relinquere cogebantur. Hujusmodi ergo temeritatem de hac *Præfectura* circa Corbeiente Monasterium, ex iudicio Principum Regni, prorsus interdici-mus, & hanc potestatem in manu Abbatis esse, sicut antiquitus fuit, decernimus. Nam in veteribus Regum & Imperatorum præceptis continetur, ut nullus Dux, nullus Comes, nulla alia secularis potestas, aliquam potestatem *infra muros* ejusdem Ecclesie exercendi iudicium habeat, sed per Abbatem & personas, temporaliter à se ordinandas, quicquid à
famulis

famulis Monasterii contra juris & æqui rationem admissum fuerit, iudicari oporteat. Et si quid Principibus contra privilegium Imperiale non licet, multò minùs Ministerialibus licere constat. Hanc igitur *Præfecturam*, & supra dictam infra muros laicorum habitationem, atque *Dapiferi* & *Pincerna* de committendis clavibus potestatem, ab aliquo usurpari, & hereditario jure vendicari in supra dicto Monasterio nullatenus permittimus. Sed has tres prædictas usurpationes, secundùm judicia Ministerialium nostrorum atque sententiam Principum Regni, omnibus laicis, decreto in perpetuum valituro, interdiciamus, & horum omnium potestatem Abbatì tribuimus.

Judicium de *clavibus* invenit *Counradus*, Ministerialis noster de *Haga*: De *habitatione intra muros* & de *Præfectura* iudicium dedit Ministerialis noster *Counradus de Walthusen*, Camerarius noster à thesauris.

Principes autem cum Ministerialibus suis hi interfuerunt.


Ortlevus, Basileensis Episcopus, & sui Ministeriales.
Heremannus, Constantiensis Episcopus, & sui Ministeriales.
Günterus, Spirensis Episcopus, & sui Ministeriales.
Eilulfus, Murbacensis Abbas, & sui Ministeriales.
Walterus, Seltzensis Abbas, & sui Ministeriales.
Frithericus, Campidonensis Abbas, & sui Ministeriales.
N. Wilzenburgensis Abbas, & sui Ministeriales.
 Clerus & populus *Wurmaciensis* Ecclesiæ, quæ tunc vacabat.
 Clerus & populus *Fuldensis* Monasterii, quod tunc vacabat.
 Clerus & populus *Laurubamensis* Monasterii, quod tunc vacabat.
Frithericus, Dux Sæviæ & Alsatia, & sui Ministeriales.
Otto, Palatinus de *Withelispach*, & sui Ministeriales.
Hermannus, Marchio de *Bathen*.
Wernherus Comes de *Haveckhesprech*.
Othelricus, Comes de *Lentzemborg*.
Wilhelmus, Comes de *Glitzperch*.
 Comes *Wilhelmus* de *Juliaco*.
 Comes *Imikho* de *Liningen*.
 Comes *Vulframms* de *Wertheim*.
Marquardus de *Grumpach*.
Arnoldus Dapifer de *Rottenburg*.
Henricus Marefcalcus.
Reingerus Pincerna.
Thiepertus de *Winsperch* Camerarius.

Signum

Signum Domini Counradi, Rom. Regis II.
Invictissimi.

Ego Arnoldus Cancellarius vice Heinrichi
Maguntini Archi-Episcopi & Archi-Can-
cellarii recognovi.

Dat. anno Dominicae Incarnationis MCL.
indict. XIII. anno verò Domini Counradi
Regis secundi Invictissimi XII. Anno Do-
mini Wicboldi, Corbeiensis Abbatis, III.
Actum Spiræ in Christo feliciter Amen.



§. XXXVI. Infra muros & ambitum cæmeterii Ecclesiæ hereditaria *confirmatio*
mansionem affectabat Rabano. Sed Adrianus IV. anno MCLIV. ita *privilegiis.*
Præterea constituimus, ut infra ambitum muri memorati Corbeiensis Monasterii
nemo Clericorum, vel laicorum jure proprietatis, vel beneficii, mansionem ali-
quam ullo tempore habeat, sed totus ipsius loci ambitus Abbatis, Monachorum,
& aliarum religiosarum personarum usibus & habitationibus pateat. Quod
Victor & Lucius III. annò MCLXXXIV. plenius confirmant. Symbolum
suum addit Fridericus Barbarossa annò MCLII. inquit: Sanè quod Piissimum
Prædecessorem nostrum Regem Conradum, ex judicio Principum ac Ministeri-
alium Regni, in plena curia statuisset cognoscimus, (al. agnoscimus) Nos quoq,
ejus vestigia sequentes, decreto in æternum valituro firmamus atq, statuimus, ut
nullus laicorum habitationem infra muros prædicti Corbeiensis Monasterii sibi
aliquando usurpare audeat hereditario jure, sed cymiterium, quemadmodum
congruum est, religiosorum habitationibus liberum & expeditum omni tempore
pateat. Et mox: Et statuimus, ut nullus Judex publicus licentiam in homines
ad Monasterium Corbeienſe, vel ad prænomatas cellas ipsius pertinentes, ullam
judiciariam habeat exercere potestatem. Sed omnis eorum res coram Advocato
ipsorum diffiniatur, & ut justitiam, qua appellatur Burgbahr, nemo sibi usur-
pare ibidem præsumat, nisi cui potestas ab ejusdem cænobii Abbate concessa fuerit &c.
Hoc quoq, simili firmitate præcepto nostro roboramus, ut Dapiferi atq, Pincernæ
Corbeiensis Abbatis nullam omninò potestatem de committendis clavibus re-
rum Domini sui habeant, sed in dandis clavibus & ordinandis rebus domus sua
liberam potestatem, quemadmodum à Prædecessore nostro per judicii sententiam
determinatum esse novimus, Abbas in perpetuum obtineat &c. Eodem jure &
immunitate fruuntur Sorores Herfordienses.

(Gggg)

§. XXXVII.

§. XXXVII. Subscriptio meminit *Conradi II.*, at tertius erat, licet in pluribus literis vocetur secundus. Testes inter eminet *Ortlevus*, Basileensis Episcopus, Comes à *Froburg*. Sequuntur *Hermannus* Constantiensis, nobilis de *Arbona*, *Günterus* Spirensis, Comes *Leiningensis*; Per *Walterum Seltzensen* intelligo Prælatum Splendidi Monasterii *Seltzensis*, quod olim in *Alsatia Saverem* inter & *Sultzbachium* amnes floruit, conditum ab *Adelheide* Ottonis M. conjugæ. (m) *Wiltzenburgense* asceterium Ordinis *Benedictini* situm erat in Diœcesi *Eystedten*si. *Fridericus* *Campidonensis* hujus nominis tertius erat gente *Klingensteinius*, patriâ *Augustanus*.

§. XXXVIII. Tu verò, Sancte Παράκλητε, (n) qui sub statûs symbolo nobis missus es, (o) cujusque officium est, afflatû suo languentes recreare, terrores discutere, vires sufficere, pavidos erigere, & confirmare, ut, quò ardentius pro veritate fatigamur, eò valentius resiciamur, (p) Sanctissimi hujus muneris memor,

Da virtutis meritum,
Da salutis exitum,
Da perenne gaudium!

(m) Bucelin, Germ. sacr. Part. II. pag. 81. B. (n) Job. XIV. 16. & 26. (o) Act. II. 2.
(p) vid. Wilckii ἐπιλογαφίας Part. prior. p. 318.



CHRI-